This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

604.5
H47.12
B

יהוה

70.17

# CHRESTOMATHIA PATRISTICA

## LATINA

CONATVM PRIMVM

CHRESTOMATHIAM HIERONYMIANAM

CONTINENTEM

EDIDIT

IOANNES BÜTTNER,

PASTOR ECCLESIARVM, QVAE BETTINGSHVSAE

AC OTTOWINDAE IN DVCATV COBVRGENSI FLORENT.

HALAE,

SVMPTIBVS IOANNIS CHRISTIANI HENDELII.

M.DCCCIV.

PVTAVI MIHI SVSCIPIENDVM LABOREM VTILEM STVDIOSIS.

HIERONYM. AD PAMMACH.

# CHRESTOMATHIA PATRISTICA LATINA,

SIVE

# BIBLIOTHECA PATRVM LATINORVM PARVA.



# ELOGIA
DE
# HIERONYMO STRIDONENSI.

Presbyter Hieronymus homo doctiſſimus omnium trium linguarum peritus, non ex graeco ſed ex hebraeo in latinum eloquium ſcripturas convertit.

*Auguſtin.* de L. D. L. 18. c. 43.

Hiero-

Notae.

*Elogia*] Multa elogia de Hier. invenies in T. I. Opp. edit. Tribbechov. qua uſus ſum. Quae vero ego proruli, in iis non inveni; nec in libro, cui titulus eſt: *Cenſura celeberrimorum auctorum, ſive tractatus etc.* auct. *Thom. Pope Blount.* Genevae 1694. ubi p 252—256. quam plura afferuntur elogia de Hieronymo, quibus haec addi, et huc afferri merentur.

*Presbyter*] Erasmus aliter cenſet, iure an iniuria? Tibi, benigne lector dimittitur; Auguſtinus tribus vicibus eum nominat Presbyterum. Fuit auditor *Gregor. Nazianz.* ut ipſe L. 3. Comm. in Eſai. refert, et Presbyter Antiochenus, ſed Romae baptizatus fuerat; unde in epiſt. ad Damaſum ſcribit: *a paſtore praeſidium ovis peto.* Et ib. *Inde nunc animae meae poſtulans cibum, unde olim Chriſti veſtimenta ſuſcepi.* — Ita ſuſcepit Presbyterium, ut nolueris ulli clero adſcribi — legitur apud Baron. ad ann. 378. cf. vita Hier. h. l.

*Hier.*] patre Euſebio natus, oppido Stridonis, quod a Gothis everſum, Dalmatiae quondam, Pannoniaeque confinium fuit.

Hieronymus in omnibus artifex, ſanctus et eruditiſſimus et ſupra omnes eloquentiſſimus.

*Cauſin.* L. 1. 3. de ſacr. Eloq.
*Dempſter.* in Roſin. Antiq. Rom.
*Dilherr.* Diſp. acad. T. I. p. 108.

De ſcripturis vero ſacris, uti multarum ſuarum epiſtolarum, quas ad me direxit, experientia didici, aequalem ſibi neminem unquam novimus. Hebraicorum, graecorum, chaldaeorum et Perſarum et Medorum, Arabicorum, et pene omnium nationum linguas et litteras, tanquam ſi fuiſſet in iisdem natus et educatus, ſcivit.

*Auguſtin.* Epiſt. ad Grill. Epiſc. Hieroſ. Opp. Hier. T. IV. p. 243.

In Hieronymo divitem ſcripturarum plenum jure laudamus.

*Erasm.* in praefat. Auguſt. Opp.

Unicus ille labor aeternam meretur laudem, quod ſacra biblia ex fontibus vertit.

*Chemn.* de lect. patr.

Hieronymus, ut graeci ac hebraei ſermonis peritia, ita et cognitione ſacrarum ſcripturarum omnes noſtrae religionis ſcriptores longe antecellit.

*Lud. Vive* in praef. libr. Auguſt. de C. D.

Hieronymi ſcripta vocat

*Erasm.* in praef. Opp. Hier. ad lectorem T. I. edit. Baſil. 1537. ex off. Frob.

variam et ex omni linguarum, diſciplinarum ac litterarum recondita ſupellectile conſtructam opulentiam.

Idem

Idem *Erasmus* in praef. in Opp. Hilarii, cum mentionem feciſſet *Hieronymi*, ſubjungit, „quo viro nihil habet orbis latinus, vel doctius, vel ſanctius.“

Quae pertinent ad grammaticam et hiſtoriam ea ab Hieronymo diſci poſſunt doctrinalia non item.

*Chemnit.* de lect. patr.

Dis unglaubliche nun ſeinen Leſern wahrſcheinlich zu machen, behauptet Hr. *Tychſen*, daſs in medio aevo die Litteratur, ſonderlich die hebräiſche, in den Klœſtern weit mehr geblühet habe, als man denket: *Mænner, wie Hieronymus, ſollen in ihnen gemeſen ſeyn.* Das iſt wirklich viel geſagt. Hat auch Hr. *Tychſen* den Hieronymum wohl durchgeleſen? *Wer das gethan hat, und dabey andere morgenlæudiſche Sprachen verſteht, bekommt von Hieronymi hebräiſcher Gelehrſamkeit einen groſsen Begriff*, die einzige damals noch nicht bearbeitete im engen Verſtande ſogenannte Grammatik ausgenommen. --

*Ioh. Dav. Michaelis*, orientalı und exeget. Biblioth. T. V. p. 19. in recenſendo *Tychſenii* libro de var. codd. Hebr. generibus — elogium ſupra quod, nullum, a viro — qui in re critica biblica, et in litteris ac linguis orientalibus peritiſſimus, ac inde iudex certiſſimus et infallibilis eſt.

Dazu iſt auſſer *Origenes* und *Hieronymus* ſelten einer (von den Kirchenvætern) tüchtig, weil die Unkunde der hebræiſchen Sprache zwiſchen den meiſten Kirchenvætern und dem hebræiſchen Original

ginal der Bibel, das die Iuden laſen, eine unüberſteigliche Zwiſchenwand zog.

Id. ib, Th. II. S. 13.

Inutilis profecto opera eſſet, ſi *inſigne Hieronymi ſtudium, ingentes impenſas et in transferendis ſacris codicibus conſtantiam plane admirabilem deſcribere vellemus:* notiſſima enim haec ſunt eruditis, et potius ad vitae Hieronymi recenſionem, quam ad criticam huius verſionis perpenſationem pertinent: — — primus omnium patrum latinorum Hieronymus eſt, qui graecam ex hebraeo verſionem emendavit, primus qui novam ex hebraeo latinam translationem aggreſſus eſt, et primus denique qui LXX. ſaepe interpretes aut falſo interpretatos eſſe, aut corruptas in codicibus lectiones exhibere ingenue faſſus ſit. Quare fieri non potuit, quin ſi magnam iſtam aeſtimationem perpendimus, in qua apud omnes fere Chriſtianos haec verſio erat, hoc opus inauditum ferme, multos in univerſa eccleſia offenderent. Equidem multi fuerunt, qui litteris adierunt D. Hieronymum, quibus eum nempe ad tale opus ſuſcipiendum excitarent, multi, qui jam ante Hieronymi aetatem de graecorum librorum perverſitate quaeſti ſunt: tamen vero fieri omnino nequivit, quin multis quoque, qui ſibi de Chriſtiana republica bene mereri videbantur, ſi antiquitatem defendentes omne novum reſpuerent, ut hodie adhuc fieri ſolet, hocce ſtudium vehementer diſpliceret. Atque tantum fuit primis temporibus huius translationis odium, ut ipſe quoque Hippo-

nen-

nenſis eccleſiae Praeſul D. Auguſtinus, qui alias in Epiſtolis ſuis Hieronymum ſummis laudibus ornare, eiusque eximiam graeci et hebraici ſermonis eruditionem plurimi facere ſolebat, eam rebus chriſtianis periculoſam fore iudicaret, et in Hipponenſi eccleſia lectionem eius edicto vetaret &c. En! egregium elogium!

Davidis aliorumque Poetarum Hebraeorum Carminum Libri V. auct. *Ioann. Aug. Starck.* Regiom. et Lipſ. 1776. p. 259. ſeqq.

*Hieronymus* war der einzige Mann, der, in Betracht ſeiner Gelehrſamkeit und ſeiner Verdienſte um das Bibelſtudium, welches er durch vieljährige Arbeiten ſo fleiſsig und glücklich beförderte, mit *Origenes* zu vergleichen, und, wenn man beſonders die Schwierigkeiten einer Ueberſetzung des Alten Teſtaments aus dem Hebräiſchen, und den Muth des Urhebers derſelben, nach Umſtänden dieſer Zeit zu ſchätzen weiſs, ihm noch vorzuziehen ſeyn dürfte. Denn dieſe mühvolle Arbeit brachte er zu Stande *), und gewiſs auf eine verdienſtvolle Art, obgleich ſeine Zeitgenoſſen grœſstentheils unerkenntlich dagegen waren, und einige ſogar entweder aus einem ungelehrten Vorurtheil, oder aus Trægheit lieber bey der herkœmm-

Notae.

*) Hier. bibl. div. ed. Martianay Opp. T. I. und in Opp. ed. Vallarſi T. IX und X. Die Commentarien in Martin. T. III und IV. in Vallarſ. T. III—VII. (in edit. Tribbechov. T. IX. X. XI.) Vergl. *Simon.* Hiſtoire crit. du vieux Teſt. L. III. ch. 9. p. 393. *Eichhorn.* Einleit. ins A. T. Th. I. p. 601. *Semler* Vorr. zu *Simon's* krit. Schr. üb. d. N. T. Th. III. *Starck* in libro cit.

kœmmlichen, aus dem Griechiſchen abgeſchœpften lateiniſchen Ueberſetzung des Alten Teſtaments blieben. —

Allgemeine Geſchichte der chriſtlichen Kirche &c. von D. *Heinr. Phil. Conr. Henke.* 1. Th. pag. 217. f. 3te Aufl. 1794. Braunſchweig.

*Euſebius Hieronymus*, Stridonenſis, presbyter et monachus — vir longe doctiſſimus, ſacrarum litterarum inter Latinos interpretes optimus: cuius Commentarii in Scr. S., Epiſtolae *), Liber de viris illuſtribus, et verſio Chronic. Euſeb. digna ſunt, quae cognoſcantur; *verſio latina ſacrarum litterarum* **) et emendatio verſionis latinae vulgatae periere.

*Jo. Matthi. Schrœckii*, hiſt. relig. et eccleſ. Chriſtian. Berol. 8. 1777. p. 123.

EDITA

N o t a e.

*) *Epiſtolae*] Quarum multas et ad rem criticam bibliorum optimas hoc libro legere potes, amice lector, quae omnino lectu digna ſunt.

**) *periere*] Non in totum periit verſio ſacrarum litterarum latina Hieronymi. Iam in eo ſum, ut editionem huius verſionis curem reliquiarum.

EDITA SVNT

# HIERONYMI STRIDON. OPERA.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 1) | Anno 1468. | 2 Vol. a) | fol. | |
| 2) | — 1516. b) | Basil. | T. IX. Vol. IV. al. Vol. V. e recensione Erasmi. d) fol. | |
| 3) | — 1526. c) | apud | | |
| 4) | — 1537. | Ioh. | | |
| 5) | — 1565. | Fro- | | |
| 6) | — 1 . . . | ben. | | |
| 7) | — 1530. | Lugdun. | | |
| 8) | — 1 . . . | Paris. | | |
| 9) | — 1565. | Ro- | auspiciis Marian. Victorin. Reatin. dd) T. IX. fol. | |
| 10) | — 1572. | mae | | |
| 11) | — 1616. | Antwerp. et Colon | | 12. |

Notae.

a) Haec editio est omnium prima. v. Catal. Bibl. Hulf. T. I. p. 18. n. 335.

b) *Erasmi* editio 1516. eiusque raritate. vid. *Schelhorn* Ergœtzlichkeiten, I. B. S. 1. ff. Eam possiderunt *Schaffenberg*; vid. Catal. Bibl. ejusd. p. 35. n. 506—510. *Stroth*; vid. Cat. Bibl. ej. p. 55. n. 1153. *Moerlin.* vid. Cat. Bibl. ej. T. II. p. 408.

c) T. II. huius edit. addita est notula: *praefatio Erasmi studio excisa, quia commode corrigi non poterat.* Scilicet ne scires lector, quid sibi velit plagellae truncatae superstitans particula l. c. obvia. *Atque hac de causa hoc exemplar iudicamus esse rarissimum habendumque in pretio, cuius lituris liquido coargui possunt adversarii.* V. Catal. Bibl. *Reimann.* p. 341.

d) Primus est Erasmus, qui Hieronymi Opp. ad Mscr. codd. collata et emendata scholiis suis illustravit, iisque eruditissimis, suoque nomine dignis, unde et intra 50 annos, scilicet ab anno 1516 ad A. C. 1665. septies recusa est haec editio, Basileae quinque, Lugduni semel et iterum Parisiis. v. *Reimann.* l. c. p. 340. — In omnibus indicibus librorum prohibitorum et expurgandorum commemoratur Erasmi nomen, et notatur, quid in hac editione Hieronymi dispungendum — sit. ib.

dd) *Ma-*

12) Anno 1579. Antwerp. apud *Chriſtian. Plantin.* fol.

13) — 1624. } Pariſiis e recenſione *Mar.*
14) — 1643. } *Vict. Reatin.* Epiſcopi Amerini. T. IX. fol.

15) — 1683. Francof. cura Fronton. Ducaei III. Vol. fol.

16) — 1684. e) Francof. et Lipſ. apud *Genſchium.* c. ſchol. *Eraſmi* aliorumque c. praef. *Ad. Tribbechov.* ſumptibus *Friderici*, Duc. Sax. &c. &c. T. XI. Vol. III. fol.

17) — 1693. T. I. 1699. T. II. et 1706. f) T. III. ſtudio et labore Monachor. Ord. S. Bened. e S. Mauri congreg. Pariſiis ſtudio *Io. Martianay.* 5. Vol. fol.

18) — 1734. g) in XI. Tom. diſtributa poſt Monach. O. S. Bened. e congregat. S. Mau-

---

Notae.

dd) *Marian. Victorius* editionem emendatiſſimam teſtibus Pontif. Antv. procuravit. *Hottinger* pag. 82. n. XXI. Diſſ. Pent. n. 1. de abuſu Patrum.

e) Editio haec vitiis ſcatet typographicis. In Catal. Bibl. *Vockerodt.* Goth. p. 27. n. 148 et 151. legitur: „*Frfti 1689. apud Genſchium T. XII.*“ Editio, qua utor, eſt eadem, ſed de anno 1684. Fortaſſe eſt error typograph. 1689. et Tom. XII. *Reimann.* l. c. p. 339. habet quidem quoque XII. Tom. ſed de edit. 1684. quae tantum XI. Tom. habet.

f) Alii habent annum 1704. — De hac editione cf. Acta Erud. Lipſ. a. 95. p. 95—98. a. 99. p. 529. a. 1706. pag. 418.

g) Alii habent annum 1740. loco 1734. unde vero neſcio.

S. Mauri recenſionem denuo ad Codd. Mſcr. Romanos caſtigata ſtudio ac labore Dn. Vallarſi. Romae. fol. h)

SEORSIM EDITA SVNT SEQVENTIA MIHI NON IGNOTA SCRIPTA HIERONYMI.

*Hieron.* Epiſt. apud *Petr. Schæffer* de Gernsheim. Mogunt. fol. 1470.

*Hieron.* Epiſt. opus, in quo multi et tractatus et epiſt. qui in caeteris impreſſionibus minime reperiuntur, inſerti fuere. Parm. 1480. 2. Vol. fol. max. pict. nidit.

*Hieron.* Epiſt. ſine loco. 1497. Vid. A. E. Fr. p. 713. 1728.

— — Baſil. 1497.

— — et lib. contra Haeretic. Rom. apud Aldum 1565. 3. Tom. 2. Vol.

*Hieron.* Indiculus haereſium. Pariſ. 1617. cura Claudii Menandi. (modo iſte ſit d. Hier. vid. dubitatem *Labb.* T. I. p. 448.)

*Hieron.* de vitis patrum, edit. perantiqua ſ. l. et a.

— Collect. epiſt. Hieron. a *Petro Caniſio* adorn. Antw. 1604. (ſaepius excuſus liber, Heriberti quidem Roſweidi cura et labore. Antw. 1615. 1628.

— Dialogus de S. S. Trinit. 8. 1677. — 1678.

— de illuſtr. eccleſiae ſcriptoribus qui a Chriſto ad Theodoſium claruere. Colon. 1580. 8. Antw. 1639. — Studio *Ioann. Fuchtenii* 1611.

*Hieron.* aliquot epiſtolas dedit Bibliotheca Patr. Pariſ. ed. 2. P. 3. f. 497. 537.

*Hieron.* Epiſt. ad Nepotianum de vita clericorum, rec. cur. *Erdm. Rud. Fiſcher.* Cob. 1758. 8.

*Hieron.* Epiſt. ad Nepotianum Conſtantius Sebaſtianus Monachus Olivetanus, Antw. 1570. prodire fecit.

Notae.

*Hieron,*

h) Si unusquisque typographus 500 exemplaria excudi curavit, exſtaret numerus exemplarium 9000. Et tamen rara ſunt exemplaria, et pro parata pecunia non omni tempore accipienda. — Qui, qualis, quantus honor Hieronymo noſtro, ut opera eius XVIII. vicibus collecta ſint recuſa! Non memini alius patris eccleſiae, cuius opera tam ſaepe typis recuſa eſſent.

*Hieron.* Epiſt. ad Marcellam, de nominibus divinis explicat. illuſtratam exhibuit. Hackſpan. Sylloge Diſſert. Theol. philol. p. 158.

D. *Io. Fried. Mayer*, Gryphiswaldiae 1710. de illuſtr. eccleſ. ſcriptorib.

*Hieron.* Epiſt. ad Paul. de lectione Scr. Sacr. ob utilitatem inſignem notulis explicatam recudi curavit *Io. Michael. Dilherr.* in libr. duob. *Electorum* nominatim. Geneve 1632. p. 245. ſqq.

*Hieronymi* Catalogus ſcriptorum eccleſiaſticorum cum notis variorum. Frcof. ad M. 1722. 4.

## HIERONYMI STRIDON. VITA BREVIS *).

Hieronymus fuit natione Dalmata, et Stridonem, oppidum in Panoniae et Dalmatiae confinio ſitum, a Gothis vero ſua adhuc aetate everſum, natalem habuit, parentibus Chriſtianis, et quidem patre Euſebio, anno 329 natus, floruit anno 14 Theodoſii; obiit Honorio imperante ann. Dn. 422. Optimis litteris a puero eruditus, optimos in quovis genere praeceptores nactus eſt, in grammaticis Donatum **), magni nominis Romae Grammaticum, in rhethoricis Victorinum, eloquentiae ibidem profeſſorem, in hebraicis Bar-hanina, aliosque Iudaeos, in ſacris vero litteris Gregorium Nazianzenum ***) Theologum, Apollinarium, Laodicenum, Paulinum Antiochenum, et ſemicanus iam factus Didymum Alexandrinum. Adulta iam aetate baptizatus, Roma relicta, in exteras regiones peregrinari coepit. Anno 378 a Paulino Antio-

Notae.

*) *Erdm. Rud. Fiſcher* l. c. pag. 24. ſeqq.

**) T. VII. Opp. pag. 53. b.

***) T. X. pag. 84. b.

tiocheno ad presbyteri gradum evectus est, quem vero ei Iohannes, episcopus Hierosolymitanus, immerito suo postea ademit. Quod tamen adeo non aegre tulit Hieronymus, ut scriberet: *Ego miſellus, dum in ſolitudine deliteſco, a tanto pontifice repente truncatus, presbyteri nomen amiſi* *). Romam a. 382. cum Paulino et Epiphanio delatus et maximam apud omnes famam assecutus a Damaso Papa eligebatur, qui sibi ab epistolis scribendis esset, et a tota plebe pariter ac clero dignus habebatur, qui summi sacerdotii munere fungeretur. Mortuo vero Damaso a. 385. variis Origenistarum calumniis exagitatus, Roma discedere necesse habuit. Comite autem Pauliniano fratre navim conscendit et Cyprum venit. Inde Antiochiam pervexit et a Paulino deductus Hierosolymam intravit. Anno sequente in Aegyptum contendit, monasteria Nitrienſia lustravit, et Alexandriae aliquamdiu haerens, Didymum audivit. Verum nimio, quod inter monachos locum habere deprehendit, Origenismi studio offensus in Palaestinam rediit, ac vitae monasticae et senectutis agendae sedem rura Bethlehemitica sibi elegit, ubi studia diligenter ursit, scripta innumera confecit, plurimos nobilium pueros curae suae commissos, pietate et bonis litteris instituit, illustre pietatis omnibus numeris consumatae exemplum piis locorum sanctorum incolis praebuit, et clarissimis tam dignitate, quam doctrina viris ad eum undequaque con-

Notae.

*) Vid. Hier. epist. ad Pammach. adverſ. errores Ioh. Hieroſ. T. 3. Opp. edit. Frob. d. a. 1516. f. 82 a.

conſulentibus, et oraculi quaſi vice confluentibus reſponſa dedit. Tandem anno 420. d. 30. Sept. famae ac dierum ſatur, et ſenectute gravis, in receſſu Bethlehemitico prope Hieroſolymam rebus humanis exemtus eſt, anno aetatis nonageſimo primo. Sed quum quisque ſuos patiantur manes, nec Hieronymus omnibus humanis vitiis immunis fuit. Fervidiores enim et impotentiores animi eius motus a quibusdam notantur *). Verum haec et minima etiam delicta adeo lacrymis rigando tergebat, ut, ſi quis non agnoſceret illum, peccatorum maximum Hieronymum eſſe, fatetur. Caeterum conſumatiſſimus erat Theologus, et, iudice Erasmo, vir coeleſtis, omnium Chriſtianorum ſine controverſia longe tum doctiſſimus, tum facundiſſimus, cuius ſcripta digna ſunt, quae ab omnibus paſſim legantur et ediſcantur **).

CHRE-

Notae.

*) *Cave* litter. hiſt. &c. ex eo *Plounı* cenſura celeberr. auct. p. 254. D. *Heinr. Phil. Conr. Hencke*, allgem. Geſchichte der chriſtl. Kirche &c. 3te Aufl. 1. Th. S. 225. f. (1795.) — *Raßler*, Bibl. der KV. Th. 9. S. 111. 179.

**) Vid. *Erasmi* Epiſt. Libr. V. ep. 19. f. 229. edit. Froben. Baſil. 1538. Quae autem de Hieron. vita commemoravi pluribus legi poſſunt apud *Guil. Cave in ſcriptor. eccleſ. hiſtor. litterar.* Vol. I. f. 267—274. ed. Bat. ubi etiam ſcripta Hieron. accurate recenſentur; et *Theod. Spitzelium in vetere academia Ieſu Chriſti* p. 152. ſeqq. et *Iohann. Schottum* in academia Chriſtiana &c. Spirae 1616. p. 152. ſqq. et p. 353.

# CHRESTOMATHIAE PATRISTICAE LATINAE, CONATVS PRIMVS.

## CHRESTOMATHIAM HIERONYMIANAM

SIVE

SELECTOS LOCOS EX OPERIBVS HIERONYMI STRIDONENSIS CONTINENS.

# I.

# HIERONYMVS AD PAMMACHIVM

## DE

## OPTIMO GENERE INTERPRETANDI.

ARGVMENTVM EPISTOLAE.

*Ruffinus subornaverat Palladium quendam Galatam adversus Hieronymum, qui illius interpretationem calumniaretur. Huius calumnias refellit explicans officium veri interpretis. Imitatus est autem titulum Ciceronis: De optimo genere dicendi.*

Epist. CI. [opp. T. II. p. 245. a. sqq. coll. T. X. p. 108. sqq. Edit. Tribechov.

Paulus Apostolus praesente rege Agrippa, de criminibus responsurus, quod posset intelligere, qui auditurus erat, securus de causae victoria, statim in principio sibi gratulatur dicens: *De omnibus, quibus accusor a Iudaeis, o rex Agrippa, existimo me beatum, cum apud te sim hodie defendendus, qui praecipue nosti cunctas, quae in Iudaeis sunt, consuetudines et quaestiones.* Legerat enim illud Esaiae: beatus, qui in aures loqui-

A 2 tur

Scholia ac notae.

*Paulus Apost.*] Act. Apost. XVI, 2.

*quo posset*] *quod* legendum est. T. X. p. 105. b.

*Illud Esaiae*] alii *Iesu*, melius, scilicet Iesu filii Sirach, hoc est Ecclesiastici XXV, ubi enim nos habemus: *Beatus*, qui

tur audientis: et novit tantum oratoris verba proficere, quantum iudicis provjdentia cognoviſſet. Unde et ego beatum me in hoc duntaxat negotio iudico, quod apud eruditas aures imperitae linguae reſponſurus ſum, quae obiicit mihi vel ignorantiam vel mendacium, ſi aut neſcivi alienas literas vere interpretari, aut nolui, quorum alterum error, alterum crimen eſt. Acne forſitan accuſator meus facilitate, qua cuncta loquitur, et impunitate, qua ſibi licere omnia putat, me quoque apud vos argueret, ut papam Epiphanium criminatus eſſ: hanc epiſtolam miſi, quae te et per te alios, qui nos amare dignantur, rei ordinem doceat. Ante hoc ferme biennium miſerat Ioanni Epiſcopo ſupradictus papa Epiphanius literas, arguens eum, in quibusdam dogmatibus, et poſtea clementer ad poenitentiam provocans. Harum exemplaria certatim Palaeſtinae rapiebantur, vel ob auctoris meritum, vel ob elegantiam ſcriptionis. Erat in monaſterio noſtro vir apud ſuos haud ignobilis, Euſebius Cremonenſis, qui, cum haec epiſtola per multorum ora volitaret, et mirarentur

---

Notae.

qui invenit amicum verum, et qui enarrat iuſtitiam auri audienti. ib.

*et noverat — cognoviſſet*] Falſo pro: *noverat*, legebatur antea penes Erasmum: *novit*: refertur enim ad Agrippam, de quo ſicut dixit, quod legerat illud Ieſu, ita ſubdit, et noverat: alioqui viderentur Ieſu haec etiam verba eſſe, quae non ſunt: item pro *prudentia*, quam lectionem omnia Mſcr. exemplaria habent, *providentia* legebatur antea.

*Euſeb. Cremon.*] Cremona urbs Italiae inſignis eſt, de hoc autem Euſebio, qui paulo ante erat, alibi ſuperius D. H. meminit.

rarentur eam pro doctrina et puritate sermonis, docti pariter et indocti: coepit a me obnixe petere, ut sibi eam in latinum verterem: graeci enim eloquii penitus ignarus erat. Feci, quod voluit. Accitoque notario raptim celeriterque dictavi; ex latere in pagina breviter annotans, quem intrinsecus sensum singula capitula continerent. Si quidem et hoc, ut sibi soli facerem, oppido flagitarat. Postulavique ab eo mutuo, ut domo haberet exemplar, nec facile in vulgus proderet. Res ita anno et sex mensibus transiit, donec supradicta interpretatio de scriniis eius novo praestigio Hierosolymam commigravit. Nam quidam pseudomonachus, vel accepta pecunia, aut perspicue intelligi datur; vel gratuita malitia, ut in cassum corruptor nititur persuadere, compilatis chartis eius et sumptibus, Iudas factus est proditor: deditque adversariis latrandi contra me occasionem, ut inter imperitos concionentur, me falsarium: me verbum non expressisse de verbo, pro honorabili dixisse charissimum: et maligna interpretatione quod nefas dictum sit: αἰδεσμον ωσιν απαντων, id est, reverendum auribus omnium, noluisse transferre. Haec et istiusmodi nugae, crimina mea sunt. Ac primum antequam de translatione respondeam, volo interrogare eos (qui malitiam prudentiam vocant), unde apud vos exemplar epistolae? Quis dedit? (qua fronte profertis), quod scelere redimistis? Quid apud homines

Notae.

*novo praestigio*] Praestigium vocat artem miram, qua oculis illuditur, velut si quis coram adstet, invisibilis tamen.

mines tutum erit: si ne parietibus quidem et scriniis nostra possumus secreta celare? Si ante tribunalia iudicum hoc vobis crimen impingerem, reos legibus subiugarem, quae etiam pro utilitatibus fisci noxii delatoribus poenas statuunt, et (cum suscipiant proditionem) damnant proditorem. Lucrum videlicet placet, voluntas displicet. Dudum Esychium virum consularem, contra quem patriarcha Gamaliel gravissimas exercuit inimicitias, Theodosius princeps capite damnavit, quod sollicitato notario, chartas illius invasisset. Legimus in veteribus historiis ludi magistrum, qui Faliscorum liberos prodiderat vinctum, et ad eos, quos prodebat, remissum: nec sceleratam populum Romanum suscepisse victoriam. Pyrrhum (Epirotarum regem) cum in castris ex vulnere curaretur, medici sui proditione interfici nefas duxit Fabricius, quin potius vinctum remisit ad Dominum, ut scelus nec in adversario comprobaret. Quod leges publicae, quod hostes tuentur, quod inter bella et gladios sanctum est: hoc nobis inter monachos et sacerdotes Christi intutum fuit. Et audet quidam ex eis adducto supercilio et concrepantibus digitis eructare et dicere: quid enim si redemit, si sollicitavit? fecit, quod sibi profuit. Mira sceleris defensio, quasi non et latrones

Notae.

*legimus in veteribus*] Historia est apud Titum Livium primae decadis Lib. 5. Faliscis populis Falari nomen dederunt. Falari autem urbs erat, civitati Castellanae proxima, cuius ruinae adhuc visuntur: multi montem Phisonem (sic enim montem Fiasconem veteres vocarunt) falso Falaros et Faliscos eius oppidanos appellant.

nes et fures et piratae faciant, quod sibi prodest. Certe Annas et Caiphas seducentes infelicem Iudam, fecerunt, quod sibi utile existimabant. Volo in chartulis meis quaslibet ineptias scribere, commentari de scripturis, remordere laedentes, digerere stomachum, in locis me exercere communibus, et quasi limatas ad expugnandum sagittas reponere. Quamdiu non profero cogitata, maledicta, non crimina sunt: immo ne maledicta quidem, quae aures publicae nesciant. Tu corrumpas servulos, sollicites clientes: et ut in fabulis legimus, auro ad Danaen penetres, dissimulatoque quod feceris, me falsarium voces: cum multo peius crimen accusando in te confitearis, quam in me arguis. Alius te haereticum, alius te insimulat dogmatum perversorem. Taces ipse, respondere non audes: interpretem laceras: de syllabis calumniaris, et totam defensionem tui, pu-

tas,

---

Notae.

*volo in chartulis* ] Non sic accipiendum, quasi vere velit eiusmodi: verum intelligit, hoc sibi citra ullius iniuriam licere, si libeat.

*in locis me exercere communibus* ] Loci communes, ut pro iustitia, contra iniustitiam, contra libidinem, pro castitate. De iis quidam etiam scripserunt: et nos in Copia nostra nonnihil attigimus. Videtur autem Hieronymus in his locis studiosissime fuisse exercitatus.

*auro ad Danaen penetres* ] Fabulam Dantes, quam pater turri aereae incluserat, quamque Iupiter versus in imbrem auream illupravit, Horatius ad hunc modum interpretatur in odis, quasi significet, nihil tam esse repositum et abstrusum, ad quod non penetraret auro. *Inclusam Danaen turris aenea* &c.

*alius te haereticum — perversorum* ] Te, secundum vsum apud omnes codices et nos, ut vocem superfluam abrasimus.

tas, si tacenti detrahas. Finge in transferendo vel errasse, vel intermisisse me quippiam. Hic totius negotii tui cardo versatur, haec tua est defensio. Num idcirco tu non es haereticus, si ego malus interpres sim? Non hoc dico, quod te haereticum noverim; sciat ille, qui accusavit; noverit ille, qui scripsit: sed quod stultissimum sit accusatum ab alio, alium criminari: et confosso undique corpore, e dormientis vulnere solatium quaerere. Hactenus loquutus sum, quasi aliquid de epistola commutaverim, et simplex translatio posset errorem habere, non crimen. Nunc vero cum ipsa epistola doceat nihil mutatum esse de sensu, nec res additas, nec aliquod dogma confictum, *facunt nae intelligendo, ut nihil intelligant:* et dum alienam imperitiam volunt coarguere, suam produnt. Ego enim non solum fateor, sed libera voce profiteor, me in interpretatione Graecorum absque scripturis sanctis, ubi et verborum ordo et mysterium est, non verbum e verbo, sed sensum exprimere de sensu. Habeoque huius rei magistrum Tullium, qui Protagoram Platonis, et Oeconomicon Xenophontis, et Aeschinis ac Demosthenis duas contra se orationes pul-

Notae.

*Totius*] Octo ex Florentia Codices habent *tuus*, non *totius*.

*totius negotii tui cardo*] Cardinem Latini vocant, quod Graeci κεφαλαιον id est, caput.

*Hactenus sic loquutus sum*] Vocem *sic* ex omnibus Mscr. exemplaribus reponi debet.

*facunt nae*] Ex prologo Terentii in Andriam: Nae hic adverbium est confirmandi, quasi dicas, adeo, valde intelligunt, ut nihil intelligant.

pulcherrimas transtulit. Quanta in illis praetermiserit, quanta addiderit, quanta mutaverit: ut proprietates alterius linguae suis proprietatibus explicaret, non est huius temporis dicere. Sufficit mihi ipsius translatoris auctoritas, qui ita in prologo earundem orationum locutus est: *putavi mihi suscipiendum laborem utilem studiosis, mihi quidem ipsi necessarium. Converti enim ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter seque contrarias, Aeschinis et Demosthenis: nec converti ut interpres, sed ut orator, sententiis iisdem et earum formis, tam figuris quam verbis ad nostram consuetudinem aptis. In quibus non verbum pro verbo necesse habui reddere, sed genus omne verborum vimque servavi. Non enim me annumerare ea lectori putavi oportere, sed tanquam appendere.* Rursum in calce sermo-

Notae.

*Putavi — ipsi non necessarium*] *Non*, vox utique hic necessaria; deerat olim penes Erasmum: si enim labor utilis quidem futurus erat studiosis, non autem Ciceroni necessarius, ut has duas orationes vir eloquentiae patrius e Graeco verteret? exemplaria etiam omnia habent, uti nos emendavimus.

*et earum formis*] Extat haec Ciceronis praefatio, quamquam orationes interciderunt. In ea sic legitur, *sententiis iisdem et earum formis*, tanquam figuris, verbis ad consuetudinem aptis. Sentit enim Cicero, se nihil mutasse de sententiis, neque formis earum, quas alii figuras vocant; verba duntaxat delegisse ad Latini sermonis consuetudinem accommoda.

*sed genus omne*] Genus naturam vocat, puta pro splendido splendidum, pro vehementi vehemens, pro significanti significans.

*sed tanquam appendere*] Annumerat, qui verba totidem verbis reddit: more eorum, qui pro decem argenteis numis decem

sermonis: *Quorum ego*, ait, *orationes, sicut spero, ita expressero, virtutibus illorum omnibus, id est, sententiis et earum figuris, et verum ordine: verba persequens eatenus, ut non abhorreant a more nostro. Quae si e Graecis omnia conversa non erunt: tamen ut generis eiusdem sint, elaboravimus.* Sed et Horatius vir acutus et doctus, hoc idem in arte poetica eruditis interpreti praecipit: *Nec verbum verbo curabis reddere fidus interpres.* Terentius Menandrum, Plautus et Caecilius veteres Comicos interpretati sunt. Numquid haerent in verbis, ac non decorem magis et elegantiam in translatione conservant, quam veritatem interpretationis? Hanc eruditi κακοζηλιαν nuncupant. Unde et ego doctus a talibus ante annos circiter viginti, et simili nunc quoque errore

---

Notae.

decem reddunt. Appendit autem, qui pondus idem sententiae reddit, verbis non omnino iisdem: ut qui pro tribus numis unum reddat, qui tribus aequipolleat. —

*appendere*] Annumerat, qui omnia verba — appendit autem, qui sensum tantum lectori reddit, pendendo enim, pondera tantum summa redditur, non singula, quae ponderantur.

*Numquid — nuncupant*] Maxime hunc locum depravatum invenimus, distinctione potius orationis, quam verborum mutatione, laborabatur enim hoc modo: numq. haer. in verbis. — conservant, quam veritatem interpretationis? Hanc eruditi κακο. nuncupant, est autem κακοζ. inepta ac mala imitatio.

*Hanc eruditi κακοζηλιαν*] Id est, perversam imitationem, quoties insite affectantes virtutem aliquam, in vitium labimur: veluti si quis male affectans atticismum, ieiunus evadat et aridus in dicendo: si quis copiam, in futilem incidat loquacitatem: ita qui perperam affectat fidam in vertendo, fit ineptus.

errore deceptus, certe hoc mihi a vobis abiiciendum nesciens, cum Eusebii Caesarienſis χρονικον in Latinum verterem, tali inter caetera usus sum praefatione: *Difficile est alienas lineas insequentem, non alicubi excidere: et arduum, ut quae in alia lingua bene dicta sunt, eundem decorem in translatione conservent.* Significatum est aliquid unius verbi proprietate: non habeo meum, quo id efferam, et dum quaero implere sententiam, longo ambitu, vix brevis viae spatia consummo. Accedunt hyperbatorum anfractus, dissimilitudines casuum, et ut dicam, vernaculum linguae genus. Si ad verbum interpretor, absurde resonant: si ob necessitatem aliquid in ordine, vel in sermone mutavero, ab interpretis officio recessisse. Et post multa, quae nunc prosequi otiosum est, etiam hoc addidi. *Quod si cui non videtur linguae gratia in interpretatione mutari, Homerum ad verbum exprimat in Latinum.* Plus aliquid dicam: eundem sua in lingua prosae verbis interpretetur: vide-

Notae.

*Caesarienſis χρονικον*] Id est, temporarium. Nos annales possumus vertere.

*Alienas lineas*] Translatum a pictoribus.

*Hyperbatorum anfractus*] Hyperbatum est transcensio quaedam verborum, ordinem perturbans. Id fit vel inversione ordinis, vel interiectione. Anfractus autem dicuntur vierum flexus. — *Hyperbatorum anfractus*, Verborum transcensus *υπερβατον* dicitur. Quintilianus verbi transgressionem appellat, hoc autem contingit vel ordinis inversione, vel verbi redundantia, vel etiam interiectione praeterquam vel comparationis ratio vel decor postulet. Anfractus autem sunt dubii ac in se recurrentes vierum inflexus, obscuriique circuitus.

*linguae gratia*] melius gratiam legendum puto.

videbis ordinem ridiculum, et poetam eloquentiſſimum vix loquentem. Verum ne meorum ſcriptorum parva ſit auctoritas, quanquam hoc tantum probare voluerim, me ſemper ab adoleſcentia non verba, ſed ſententias tranſtuliſſe: qualis ſuper hoc genere praefatiuncula ſit, in libro, quo beati Antonii vita deſcribitur: ipſius lectione cognoſce. Ex alia in aliam linguam expreſſa ad verbum translatio; (ſenſum operis: et veluti laeto gramine, ſata ſtrangulat.) Dum enim caſibus et figuris ſervit oratio, quod brevi poterat indicare ſermone, longo ambitu circumacta vix explicat. Hoc igitur ego vitans, ita beatum Antonium te petente transpoſui: ut nihil deſit ex ſenſu cum aliquid deſit ex verbis. Alii ſyllabas aucupentur et litteras, tu quare ſententias. Dies me deficiet, ſi omnium, qui ad ſenſum interpretati ſunt, teſtimonia replicavero. Sufficit in praeſente nominaſſe Hilarium confeſſorem, qui Homilias in Iob, et in Pſalmos tractatus plurimos in latinum vertit e graeco: nec aſſedit litterae dormitanti, et putida Ruſticorum interpretatione ſe torſit; ſed quaſi

Notae.

*Aſſedit litterae*] Aſſidet, qui non audet digredi. Sumptum ab his, qui aſſident aegrotis.

*Putida ruſticorum*] Putidum, anxium vocat ac moroſum. Unde putida vocamus moleſta et infuavia. Quorſum haec tam putida tendunt? Porro ruſticorum; ſic omnia exemplaria, etiam ea, quae Erasmus vidit; ego ſane puto vocabulum ſubmiſsitium, nihil enim hoc loco ſignificat. Legendum opinor Xuſticorum: quo quidem verbo uſus eſt Suetonius in Auguſto. Xyſtus graece porticus eſt, unde Xyſtici ſive Xuſtici, qui hic exercentur, velut athletae. Ita videtur vocare Hieronymus circumforaneos illos, parumque doctos. Quamquam

quasi captivos sensus in suam linguam, victoris iure transposuit. Nec hoc mirum in caeteris seculi videlicet aut ecclesiae viris, cum LXX. interpretes et Evangelistae atque Apostoli idem in sanctis voluminibus fecerint. Legimus in Marco dicentem Dominum: *Tabita cumi*, statimque subiectum est: quod interpretatur: *puella tibi dico surge*. Arguatur Evangelista mendacii, quare addiderit: tibi dico, cum in Hebraeo tantum sit, *puella*, *surge*. Sed, ut εμφατικωτερον faceret, et sen-

---

Notae.

quam videtur alludere ad graecam significationem huius verbi ξυω, quod est, rado sive polio, unde Xystus graecis deducitur. — Lectionem Xusticorum pro rusticorum sola animi coniectura constituit Erasmus; quod quidem tolerandum esset, si saltem pro auro argentum reddidisset; sed ipse nec aes quidem pro auro reposuit, et, quod detestabilius est, Xusticorum quoque significatum invertit ac falsavit. Nam etsi Xustici athletae apud Suetonium sunt, qui in Xysto, hoc est portu se exerceant, unde ipse didicit, ut pro circumforaneis, parumque doctis postea hominibus Xystici accipiantur? *Rusticorum* igitur legendum est, et iam vox *puella*, ad rusticos, non ad athletas pertinet, praeter quod rusticorum ac imperitorum hominum est, se in litteris potius ac syllabis torquere et eorum, quae dicuntur, sensum negligere.

*Tabitha cumi*] Marc. V, 41. legendum *Talitha* cumi, טליתא קומי; verba sunt vel ex Syro et Hebraeo, ut ait Hieronymus, vel, quod idem est, ex Chaldeo usitato tunc apud Vulgus Iudaeorum, ex lingua, quam in captivitate Babylonis didicerant, cuiusmodi sunt fere omnia; quae hebraica esse putantur in Evangelio. Graecus codex habet ταλιθα, κουμι, *puella surge*. Sic et Act. Ap. IX.

*ut εμφατικωτερον*] Id est, significantius et cum maiori energia. Cum enim subest in verbis tacita quaedam significatio, vocatur Emphasis: veluti si quis dicat: Tu

ſenſum vocantis atque imperantis, exprimeret, addidit: *tibi dico*. Rurſum in Matthaeo redditus ab proditore Iuda triginta argenteis, et empto ex eis agro figuli, ſcribitur: *tunc impletum eſt, quod ſcriptum eſt per Hieremiam prophetam dicentem: et acceperunt triginta argenteos precium appreciati, quod appreciaverunt a filiis Iſrael: et dederunt eos in agrum figuli, ſicut conſtituit mihi Dominus.* Hoc in Hieremia penitus non invenitur, ſed in Zacharia, aliis multo verbis, ac toto ordine diſcrepante: Vulgata quippe editio ita ſe habet: *Et dicam ad eos: ſi bonum eſt coram vobis: date mercedem mihi aut renuite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Dixitque Dominus ad me: Pone illos in conflatorium, et conſidera ſi probatum ſit, ſicut probatus ſum ab eis. Et tuli triginta argenteos, et miſi eos in domo domini in conflatorium.* Quantum diſtet ab Evangeliſtae teſtimonio LXX. translatio, perſpicuum eſt. Sed in hebraeo cum ſenſus idem ſit, verba praepoſtera ſunt, et pene diverſa. *Et dixi*, inquit, ad eos: *ſi bonum eſt in oculis veſtris, afferte mercedem meam; et ſi non quieſcite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me: proice illud ad ſtatuarium, decorum precium, quod appretiatus ſum ab eis, et tuli triginta argenteos, et proieci eos in domo Domini ad ſtatuarium.*

Notae.

Tu Cretenſi fidem habes? Non ſignificat ſimpliciter hominem in Creta natum, ſed perfidum pro gentis ingenio.

*rium.* Accuſent Apoſtolum falſitatis, quod nec cum hebraico, nec cum LXX. congruat translatoribus: et, quod his maius eſt, erret in nomine: pro Zacharia, quippe Hieremiam poſuit. Sed abſit hoc de pediſequo Chriſti dicere: cui curae fuit non verba et ſyllabas aucupari, ſed ſententias dogmatum ponere.

Veniamus ad aliud eiusdem Zachariae teſtimonium, quod Ioannes Evangeliſta aſſumit iuxta hebraicam veritatem. *Videbunt, in quem compunxerunt*, pro quo in LXX. legimus, καὶ ἐπιβλέψονται πρὸς με ἀνθ' ὧν ὠρχήσαντο, quod interpretati ſunt Latini: *et aſpicient ad me, pro his quae illuſerunt ſive inſultaverunt.* Diſcrepat Evangeliſtae, ſeptuaginta interpretum noſtraque translatio: et tamen ſermonum varietas, ſpiritus unitate concordat.

In Matthaeo quoque legimus Dominum praedicentem Apoſtolis fugam, et hoc ipſum Zachariae teſtimonio confirmante. *Scriptum eſt*, ait, *percutiam paſtorem et diſpergentur oves.* Non enim ex perſona Dei dicitur: ut Evangeliſta vult, ſed ex prophetae Deum patrem roganțis: *percute paſto-*

Notae.

*Pro quo in Septuaginta leg.*] Graeca ex veſtigiis reſtituimus ad hunc modum; καὶ ἐπιβλέψονται πρὸς με, ἀνθ' ὧν ὠρχήσαντο, id eſt, et aſpicient me, quod ſaltaverunt. Sic enim verterunt Septuaginta, decepti ſimilitudine litterarum. Quamquam editio Aldina habet κατωρχήσαντο, hoc eſt: in contumeliam illius ſaltarunt. Sed haud ſcio, unde acciderit, ut eadem lectio lectionem habeat utramque et eam, quam verterunt ſeptuaginta, et eam, quam Hieronymus iuxta Ioannis citationem probat ex Hebraeorum fontibus.

*paſtorem, et diſpergentur oves.* In hoc, ut arbitror, loco, iuxta quorundam prudentiam, Evangeliſtam piaculi reus eſt, quod auſus ſit prophetae verba, ad Dei referre perſonam. Scribit ſuprádictus Evangeliſta, ad angeli monitum tuliſſe Ioſeph parvulum et matrem eius, et intraſſe in Aegyptum, ibique manſiſſe usque ad obitum Herodis; ut impleretur quod dictum eſt a Domino per prophetam: *ex Aegypto vocavi filium meum.* Hoc noſtri codices non habent: ſed in Oſea iuxta hebraicam ſcribitur veritatem: *quia puer Iſrael, et dilegi eum: et ex Aegypto vocavi filium meum.* Pro quo et in eodem loco ſeptuaginta transtulerunt: *quia parvulus eſt Iſrael, et dilexi eum: et ex Aegypto vocavi filios eius.* Num omnino repudiandi ſunt, quia iſtum locum, qui ad Chriſti maxime pertinet ſacramentum, aliter transtulerunt? An danda potius venia, ut hominibus, iuxta Iacobi ſententiam, dicentis: *Multa peccamus omnes: et ſi quis in verbo non offendit, iſte perfectus eſt vir, et poteſt refrenare omne corpus.* Illud vero quod in eodem Evangeliſta ſcribitur: *et veniens habitavit in civitate, quae dicitur Nazareth, ut impleretur quod dictum eſt per Prophetas, quia Nazareus vocabitur.* Reſpondeant λογο δαιδαλοι et faſtidioſi aeſtimatores omnium tractato-

Notae.

*Reſpondeant rogo Daedali*] Manifeſtum erratum librarii. Logodaedali legendum, ſic enim Graeci vocant artifices ſermonis, a Daedalo ingenioſo architecto. Quamquam quicquid eſt ingenioſum, Daedalum vocatur. Unde Virgilius: *Daedala Circe*: Ennius. *Daedala Minerva*: Lucret. *Daedala terra*. Plautus logodaedalos ipſe prius Hiero-

ctatorum, ubi legerint, discantque in Esaia positum. Nam in eo loco, ubi nos legimus atque transtulimus: *exiet virga de radice Iesse, et flos de radice eius ascendet;* in hebraeo iuxta linguae illius ἰδίωμα ita scriptum est: *exiet virga de radice Iesse, et Nazareus de radice eius crescet.* Cur hoc omiserunt septuaginta si non licet transferre verbum pro verbo? Sacrilegium est, vel caelasse, vel ignorasse mysterium. Transeamus ad caetera. Neque enim epistolae brevitas patitur diutius singulis immorari. Idem Matthaeus loquitur: *hoc autem totum factum est, ut compleretur, quod dictum est a Domino per prophetam dicentem: ecce virgo in utero habebit, et pariet filium, et vocabunt nomen eius Emanuel.* Quod septuaginta transtulerunt: *ecce virgo in utero accipiet, et pariet filium et vocabitis nomen eius Emanuel.* Si verba calumniantur: utique non est idem, *habebit* et *accipiet*, neque *vocabunt* et *vocabitis*. Porro in hebraeo legimus ita scriptum: *ecce virgo concipiet et pariet filium, et vocabit nomen eius Emanuel.* Non Achaz, qui arguebatur infidelitatis: non Iudaei, qui erant Dominum negaturi: sed vocabit, inquit, ipsa quae concipiet, ipsa virgo, quae pariet.

In

Notae.

Hieronymo huiusmodi appellat homines. Quidam a διαλλαγὴν, quod est variare, non a Daedalo tractum existimant nomen. Cicero in Oratore. Haec tractasse Thrasymachum Chalcedonium primum, et Leontinum ferunt Georgiam, Theodorum inde Byzantinum, multosque alios, quos λογοδαιδάλους appellat in Phaedro Socrates.

In eodem Evangeliſta legimus, Herodem ad adventum Magorum fuiſſe turbatum: ſcribisque ſacerdotibus congregatis, ſciſcitatum ab eis, ubi Chriſtus naſceretur, illosque reſpondiſſe, in Bethlehem Iudae: Sic enim ſcriptum eſt in Propheta: *et tu Bethlehem in terra Iuda: nequaquam minima es in ducibus Iuda; ex te enim egredietur dux, qui regat populum meum Iſrael.* Hoc exemplum in vulgata editione ſic fertur: *et tu Bethlehem domus Ephrata, modicus es, ut ſis in millibus Iuda, de te mihi egredietur, ut ſit princeps in Iſrael.* Quanta ſit inter Matthaeum et ſeptuaginta verborum ordinisque diſcordia, ſic magis admiraberis, ſi hebraicum videas, in quo ita ſcriptum eſt: *et tu Bethlehem Ephrata, parvulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael.* Conſidera gradatim, quae ab Evangeliſta ſint poſita. *Et tu Bethlehem terra Iuda.* Pro *terra Iuda*, in hebraico habet: *Ephrata*; in ſeptuaginta, *domus Ephrata.* Et pro: *nequaquam minima es in ducibus Iuda*, in ſeptuaginta legitur: *modicus es, ut ſis in millibus Iuda.* In hebraeo: *parvulus es in millibus Iuda.* Senſusque contrarius eſt; Septuaginta ſibi in hoc duntaxat loco, et hebraico concordante. Evangeliſta enim dixit, quod non ſit parvulus in ducibus Iuda, cum e regione ſit poſitum, parvulus quidem es et modicus, ſed tamen de te mihi parvulo et modico egredietur dux in Iſrael, ſecundum illud: Apoſtoli: *Elegit infirma mundi Deus, ut confundat fortia.* Porro quod ſequitur, *qui regat*, vel *qui paſcat populum meum Iſrael;*

*Israel*; aliter in Propheta esse perspicuum est. Haec replico, non ut Evangelistas arguam falsitatis (hoc quippe impiorum est, Celsi, Porphyrii, Iuliani,) sed ut reprehensores meos arguam imperitiae, et impetrem ab eis veniam, ut concedant mihi in simplici epistola, quod in scripturis sanctis, velint nolint, Apostolicis concessuri sunt. Marcus discipulus Petri ita suum orditur Evangelium: *Principium Evangelii Iesu Christi: sicut scriptum est in Esaia Propheta: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam ante te. Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas eius.* Hoc exemplum ex duobus Prophetis compositum est, de Malachia videlicet et Esaia. Nam primum quod dicitur: *Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam ante te*, in Malachiae fine scriptum est. Sequens autem quod infertur: *vox clamantis in deserto etc.* in Esaia legimus. Et quomodo Marcus statim in principio voluminis sui posuit, *sicut scriptum est in Esaia Propheta: ecce ego mitto angelum meum:* quod non scribitur in Esaia, ut diximus, sed in Malachia novissimo duodecim prophetarum. Solvat huc quaestiunculam imperita praesumtio: et ego erroris veniam deprecabor. Idem Marcus inducit ad Pharisaeos salvatorem loquentem: *nunquam legistis, quid fecerit David,*



Notae.

*Sicut scriptum est in Esaia*] Legitur vero in Malachia; quomodo hic nodus est solvendus? Dicunt quidam eam ob causam, quia Iesaias Volumen Prophetarum incipit, Iesaiam nominari. *Edit.*

*David, quando neceſſitatem habuit, et eſurivit ipſe et ſocii eius, quomodo ingreſſus domum Dei ſub Abiathar pontifice, et panes propoſitionis comedit, quibus non licebat veſci, niſi ſolis ſacerdotibus?* Legamus Samuelem: ſive (ut in communi ritulo habetur) Regnorum libros, ibique reperimus non *Abiathar* ſcriptum eſſe, ſed *Abimelech* pontificem, qui poſtea a Doec cum caeteris ſacerdotibus Saul iubente percuſſus eſt. Pergamus ad Apoſtolum Paulum. Scribit ad Corinthios: *ſi enim cognoviſſent Dominum gloriae, non crucifixiſſent. Sed ſicut ſcriptum eſt: quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit quae praeparavit Deus diligentibus ſe.* Solent in hoc loco apocryphorum quidam deliramenta ſectari et dicere, quod de Apocalypſi Heliae teſtimonium ſumptum ſit: cum in Eſaia iuxta Hebraicum ita legatur: *a ſeculo non audierunt, nec auribus perceperunt. Oculus non vidit Deus abſque te, quae praeparaſti expectantibus te.* Hoc ſeptuaginta multo aliter transtulerunt: *a ſeculo non audivimus, neque oculi noſtri viderunt Deum abſque te: et opera tua vera, et facies expectantibus te miſericordiam.* Intelligimus, unde ſumptum ſit

---

Notae.

*Regnorum libros*] Hieronym. in Codice Hebraico legiſſe videtur מלכים ספר pro ספר מלכות. Sic etiam ſcribit ad Marcellam — *et Salomon et Joſaphat in regnorum libris* naves habuerit. Et in praefat. in libr. Regum invenio hunc locum: „quarſus Malachim, id eſt Regum qui tertio et quarto *regnorum* volumine continetur. Melius que multo eſt Malachim, id eſt, Regum, quam Malachoth, id eſt, regnorum dicere.“ Opp. T. III. p. 12. b. et 176. a.

sit testimonium: et tamen Apostolus non verbum expressit e verbo, sed παραφραστικως eundem sensum aliis sermonibus indicavit. In epistola ad Romanos idem Apostolus Paulus ad exemplum de Esaia sumens: *Ecce*, inquit, *pono in Sion lapidem offensionis, et petram scandali*; discordat a translatione veteri: et tamen cum Hebraica veritate concordat. In septuaginta enim contrarius sensus est. Non ut lapidi offensionis occurretis, neque ut petrae ruinae: cum Apostolus quoque Petrus Hebraeisque Paulo consentiens ita posuerit: *Incredulis autem lapis offensionis et petra scandali.* Ex quibus universis perspicuum est, Apostolos et Evangelistas in interpretatione veterum scripturarum sensum quaesisse, non verba, nec magnopere de ordine sermonibusque curasse, dum intellectui res pateret. Lucas, vir apostolicus et Evangelista, scribit, Stephanum primum Christi martyrem in Iudaica concione narrantem: *In septuaginta quinque animabus descendit Iacob in Aegyptum, et defunctus est ipse, et patres nostri translati sunt in Sychem et positi sunt in sepulchro, quod emit Abraham precio argenti a filiis Emor patris Sychem.* Hic locus in Geneſi multo aliter invenitur, quod scilicet *Abraham emerit ab Ephron Ethaeo filio Seor, iuxta Hebron quadringentis drachmis argenti speluncam duplicem, et agrum circa eum, sepelieritque in ea Saram uxorem suam.* Atque in eodem legimus libro, postea rever-

Notae.

*Sed παραφραστικως*] Antea dictum est, quid sit paraphrasis. Nempe liberior interpretatio, in qua nonnulla mutet. Unde paraphrastae.

revertentem de Mesopotamia Iacob cum uxoribus et filiis suis posuisse tabernaculum, ante Salem urbem Sychimorum, quae est in terra Chanaan et habitasse ibi et emisse partem agri, in quo habebat tentoria, ab Emor patre Sychem centum agnis, et statuisse ibi altare, et invocasse ibi Deum Israel. Abraham non emit specum ab Emor patre Sychem, sed ab Ephron filio Seor, nec sepultus est in Sychem, sed in Hebron, quae corrupte dicitur Arboch. Duodecim autem Patriarchae, non sunt sepulti in Arboch, sed in Sychem; qui ager non est emptus ab Abraham, sed a Iacob. Differo solutionem et istius quaestiunculae: ut obtrectatores mei quaerant et intelligant, non verba in scripturis consideranda; sed sensus. Vicesimi primi Psalmi

Notae.

*Arboch*,] corrupte in nostris codicibus Arboch scribitur, cum in Hebraeo legatur *Arbee*, id est, quatuor: eo quod ibi quatuor patriarchae, Abraham, Isaac et Iacob sepulti sunt, et Adam magnus, ut in Iesu libro scriptum est: licet eum quidem conditum in loco caluariae suspicentur. Haec est autem eadem Chebron olim metropolis Philistinorum et habitaculum gigantum, regnumque postea David in tribu Iuda civitas sacerdotalis et fugitivorum. Distat ad meridianam plagam ab Aelia millibus circiter viginti duobus quercus Abraham, quae et in Mamre, usque ad Constantii regis imperium monstrabatur, et Mausoleum eius in praesentiarum cernitur. Hier. de Locis Hebr. T. III. p. 176. — *Chebron* quae quondam appellabatur *Arbe*, licet male in Graecis codd. habeatur *Arboch*: condita est autem ante septem annos, quam Tanis urbs Aegypti conderetur. Ib. p. 182. a.

*vicesimi primi*] Ex eo, non quod primus et secundus, sed quod nonus et decimus Psalmus tunc constituerunt unum. Nunc est Psalm. 22. Hexapla Orig. quae edidit D. Car. Fr. Bahrdt. Lipsi et Lub. 1770. P. II. p. 126.

ex

mi iuxta Hebraeos id ipsum exordium est, quod Dominus locutus est in cruce אלי אלי למה עזבתני Eli Eli lamma azabathani, quod interpretatur, *Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti?* Reddant rationem, cur septuaginta translatores interposuerunt, respice in me. Ita enim verterunt: *Deus, Deus meus, respice in me, quare dereliquisti?* Respondebunt utique nihil damni in sensu esse, si duo verba sint addita. Audiant et a me, non periclitari Ecclesiarum statum, si celeritate dictandi aliqua verba dimiserim. Longum est nunc evolvere, quanta septuaginta de suo addiderint, quanta dimiserint, quae in exemplaribus Ecclesiae, obelis asterisque distincta sunt. Illud enim, quod legimus in Esaia: *Beatus qui habet semen in Sion, et domesticos in Hierusalem*, solent Hebraei deridere, cum audierint. Nec non in Amos post descriptio-

Notae.

ex hòc loco Hieronymi emendari possunt. Scribit enim. אלי אלי Σ. Ο. Θ. ο θεος μȣ, ο θεος μȣ; quum tamen Σ. μȣ post primam vocem Deus non legerit. Idem: ל' ע' A. O. ινατι εγκατελιπες με, Hieronymus vero affirmat, O legisse post verba D. D. meus: *respice me.* Bahrdtius quidem affert in not. x) duo Mscr. quae Hieronymo assentiunt, verbis: προχες μοι, ȣ προσκειται εν τω Εβραικω, αλλ' εν μονοις O: omittit vero, ubi haec maxime aestimanda Mscr. quae cum lectione Hieronymi consentiunt, inveniri possint. *Edit.*

אלי אלי למה עזבתני] Primo monendum, sic in Psalmo legisse Hieronymum, quum alii, ut est in Evangelio, legere volunt: אלי אלי למה שבקתני. Deinde Hieron. pronuntiasse: *azabathani* — et nos pronuntiare: *asabthani.* *Edit.*

*Beatus qui habet etc.*] Sic transtulerunt LXX. locum illum Ies. 31. ubi nos habemus: cuius est ignis in Sion, et caminus eius in Hierusalem.

ſcriptionem luxuriae: *Stantia putaverunt haec, et non fugientia.* Revera ſenſus rhetoricus, et declamatio Tulliana. *Sed quid faciemus ad authenticos libros*, in quibus haec non feruntur adſcripta, et caetera his ſimilia, quae ſi proferre nitamur, infinitis libris opus eſt. *Porro quanta diminuerint*, vel aſteriſci teſtes, ut dixi, ſunt, vel noſtra interpretatio, ſi a diligenti lectore translationi veteri conferatur: et tamen iure ſeptuaginta editio obtinuit in Eccleſiis, vel quia prima eſt, et ante Chriſti facta adventum; vel quia ab Apoſtolis, in quibus tamen ab Hebraico non diſcrepat, uſurpata. Aquila autem proſelytus et contentioſus interpres, qui non ſolum verba, ſed et etymologias verborum transferre conatus eſt, iure proiicitur a nobis. Quis enim pro frumento et vino et oleo poſſit, vel legere, vel intelligere, χευμα, οπωρισμον σιλβοτητα, quod nos poſſumus

Notae.

*Authenticos*] non auctenticos — ſcribendum; nam graeci αυθεντιαν poteſtatem et auctoritatem vocant. *Libri authentici* dicuntur, qui cum poteſtate et auctoritate conſcripti ſunt.

*At tamen iure*] pro voc. iure, alii legunt: *vires. Edit.*

*Aquila autem proſelytus*] Aquila ſub Adriano Imperatore, hoc eſt, quadringentis triginta annis poſt LXX. interpretes fuit, ut Epiphanius in libro de menſuris et ponderibus teſtatur; proſelytum vocat, quod ab eccleſia propter Aſtrologiae ſtudium expulſus, Iudaeus factus ſit, et abnegato Chriſto circumciſus fuerit. —

Χευμα, οπωρισμον, σιλβ.] χεω fundo, inde χευμα fuſio; ωρα et οπωρα aeſtatem, Galeno ſecundam tantum; quae autumno proxima eſt, aetatis partem ſignificat, inde ωραιοι ſeu οπωραι non ſimpliciter poma, et arborum fructus, ut putat Erasmus, ſed qui mollioris ſunt corticis,

ius dicere fusionem, pomationemque et splendentiam. Atqui non solum Hebraei habent ἄρθρα sed ille καινοζήλος, qui syllabas interpretatus et literas, ut dicat σεισι τον ἀερα και σεισι την γην, quod latina lingua omnino non recipit. Cuius rei exemplum nos ex nostro sermone capere possumus. Quanta enim apud Graecos bene dicuntur, quae si ad verbum transferamus, in Latino non resonant: et e regione, quae apud nos placent, si vertantur iuxta ordinem, apud illos displicebunt. Sed ut infinita praeteream et ostendam tibi, vir omnium nobilium Christianissime, et Christianorum nobilissime, cuiusmodi falsitatis me in epistolae translatione reprehendant, ipsius epistolae

Notae.

ticis, et in medils proveniunt aestibus, ut Armeniacae, praecoquia, persica, pepones, cucumeres, cucurbitae, qui ut aiunt Jcti, servando servari non possunt. De quibus saepe variisque in locis apud Galenum, praesertim in libro de facultatibus alimentorum Cap. 2. fit mentio.

*Splendentiam*] σιλβοτητα, id est, relucentiam, a σιλβω quod est, splendeo, reniteo: quamquam accipitur et pro niteo, quemadmodum nitent bene pasti. Apparet hunc locum sumptum ex psalmo quarto.

*Atqui solum Hebraei habent*] Hic locus adeo varius habetur in exemplaribus, ut sensus non possit liquido percipi. Quidam codices habent, quae aut Hebraei non solum habent arthra: sed haud dubie legendum est hoc pacto: Atqui non solum Hebraei habent arthra. Sentit enim Hieronymus, et Graecos et alias nationes habere articulos, qui tamen saepenumero in alia lingua reddi non possunt.

*Ille καινοζήλος*] Ille indoctus affectator fidelis interpretationis.

*Σεισι &c.*] non est: concute coelum, concute terram, ut interpres vult; sed concutit coelum, concutit terram.

ſtolae ponàm cum Graeco ſermone principium, ut ex uno crimine intelligantur et caetera, δει γαρ ημας αγαπητε μη τη οιησει των κληρων φερεσθαι, quod me ita vertiſſe memini: *oportebat nos, dilectiſſime, clericatus honore non abuti in ſuperbiam;* Ecce, inquiunt, in uno verſiculo quanta mendacia. Primum αγαπητος *dilectus* eſt, non *dilectiſſimus*. Deinde οιησις *exiſtimatio* dicitur, non *ſuperbia*. Non enim dixit, οιδηματι, ſed οιησει. Quorum alterum *tumorem*, alterum arbitrium ſonat. Totumque quod ſequitur, *clericatus honore non abuti in ſuperbiam*, tuum eſt. Quid agis columen litterarum et noſtrorum temporum Ariſtarche, qui de univerſis ſcriptoribus ſententiam feras? Ergo fruſtra tanto tempore ſtuduimus, et ſaepe manum ferulae ſubduximus. Egredientes de

Notae.

οιησις] id eſt, exiſtimatio, ut οιμαι, quod eſt puto.

*columen litterarum*] Sic eos vocabant, in quibus praeſidium erat praecipuum ac decus. Sic Terent. in Phor. Eho bone cuſtos, ſalve columen noſtrae familiae, et Plaut. ſenati columen dixit; hoc eſt, decus, ornamentum ac veluti columnam et baſin.

*Columen vero noſtrae familiae*] Dictum eſt per Ironiam.

*Ariſtarchus*] Alexandrinus Grammaticus e Samothracia tamen oriundus Ariſtarchus fuit, floruitque ſed Ptolomaeo Philometore Olympiade CLVI. Ariſtophanem audivit, obiitque in Cypro intercute aqua anno ſuae aetatis LXXII. ciborum abſtinentia ſe ipſum interimens; ſcripſit commentarios ſupra mille, ut haec omnia prodit Suidas. Homeri Rhapſodias redegit in ordinem, et verſus adulterinos obeliſcis iugulavit, Homericos ſtellulis praenotavit. Unde velut in proverbii vicem abiicit, ut cenſores alienorum operum Ariſtarchi dicantur.

de portu ſtatim impegimus. Igitur quia et erraſſe humanum eſt, et confiteri errorem prudentis, tu quicunque reprehenſor es, tu me, obſecro, emenda praeceptor, et verbum de verbo exprime. Debueras, inquit, dicere: oportebat enim nos, dilecte, non aeſtimatione clericorum ferri. Haec eſt Plautina eloquentia, hic lepos atticus et muſarum, ut dicunt, eloquio comparandus. Completur in me tritum vulgi ſermone proverbium: *oleum perdit et impenſas, qui bovem mittit ad ceroma.* Haec non eſt illius culpa, cuius ſub perſona alius agit Tragoediam, ſed Ruffini et Melaniae magiſtrorum eius, qui illum magna mercede nihil ſcire docuerunt. Nec reprehendo in quo-

Notae.

*Lepos atticus.*] Venuſtas peculiaris eſt Atticorum. Plauti ſtylum veteres quam maxime commendarant, Gellius in ſeptimo Latinae linguae et elegantiae parentem illum appellat.

*Muſarum eloquio*] Unde dictum eſt, muſas, ſi latine loqui vellent, Plautino more locuturas.

*qui bovem mittit ad*] Oleum et operam perdere dicitur, qui fruſtra laborat. Ceroma unguentum eſt, quo athletae inungebantur: id conficiebatur ex oleo et certis terrae generibus. Oleum enim agilitatem, terra robur praeſtabat. Proverbialiter dictum eſt, quod Palaeſtrae, et huiuscemodi certamini bos ineptus ſit.

*Ruffini et Melaniae.*] Erasmus putat, Hier. alludere ad colorem. Melan quidem graece nigrum: et Ruffinus a colore dictus videtur. Alibi quoque locatur in cognomen nigredinis. — Sed *Melania*, quae cum Paula Hieroſolymam acceſſerat; huicque Hieronymo amiciſſima fuit, Ruffini ſuaſu et obtrectationibus ab eo receſſit, et Romam reverſa eſt: ubi una cum Ruffino ſanctiſſimi viri, invidens nomini eius vitae ac ſcriptis ſemper detraxit.

quolibet Christiano sermonis imperitiam, atque utinam socraticum illud haberemus: *Scio, quod nescio.* Et alterius sapientis: *Te ipsum intellige.* Veneration mihi semper fuit non verbosa rusticitas, sed sancta simplicitas. Qui in sermone imitari se dicit Apostolos, prius imitetur virtutes in vita illorum. In loquendo simplicitatem excusabit sanctimoniae magnitudo: et syllogismos Aristotelis contortaque Chrysippi acumina, resurgens mortuus confutabit. Caeterum ridiculum: si quis e nobis manens inter Croesi opes, et Sardanapali delicias, de sola rusticitate se iactet: quasi omnes latrones, et diversorum criminum rei diserti sint: et cruentos gladios, philosophorum voluminibus, ac non arborum truncis occulant. Excessi mensuram epistolae, sed non excessi doloris modum. Nam qui falsarius vocor, et inter mulierum radios, textrina dilanior, contentus sum crimen abmuere,

---

Notae.

*Te ipsum intellige*] Γνωθι σαυτον, id est: nosce te ipsum: quod dictum quidam adscribunt Chiloni.

*Confutat*] Erasmus: *confutavit* — legit; quum alii *confutabit* — legerint. *Edit.*

*resurgens mortuus confutat*] Hier. loquitur de illis, qui sermonis simpliciratem, Apostolorum excusabant exemplo, asserens si in hoc imitari placet Apostolos, imitentur eos primum in signis et miraculis: quia sermonis imperitiam sanctitatis magnitudine, et acutos syllogismos alicuius mortui suscitatione sic potuerunt excusare.

*Croesi*] Croesus Lydorum rex in opulentiae proverbium abiit.

*Sardanapali*] Assyriorum rex quavis muliere corruptior: mollicie sua nobilitatus est.

*inter mulierum radios*] Hoc loco intellige instrumenta textoria.

nuere, non referre. Unde arbitrio tuo cuncta permitto, ut legas ipsam epistolam, tam graecam quam latinam; et illico intelliges accusatorum meorum maenias et probrosas quaerelas. Porro mihi sufficit amicum instruxisse charissimum, et in cellula latitantem diem tantum expectare iudicii. Optoque, si fieri potest, et si adversari siverint, commentarios potius scripturarum, quam Demosthenis et Tullii Philippicas tibi scribere.

II.

Notae.

*Demosthenis et Tullii*] intelligit invectivas; sic enim appellat Cicero suas orationes habitas in Antonium, ad imitationem Olynthiacarum, quas Demosthenes dixit in Philippum regem Macedonum.

quolibet Christiano sermonis imperitiam, atque utinam socraticum illud haberemus: *Scio, quod nescio.* Et alterius sapientis: *Te ipsum intellige.* Veneration mihi semper fuit non verbosa rusticitas, sed sancta simplicitas. Qui in sermone imitari se dicit Apostolos, prius imitetur virtutes in vita illorum. In loquendo simplicitatem excusabit sanctimoniae magnitudo: et syllogismos Aristotelis contortaque Chrysippi acumina, resurgens mortuus confutabit. Caeterum ridiculum: si quis e nobis manens inter Croesi opes, et Sardanapali delicias, de sola rusticitate se iactet: quasi omnes latrones, et diversorum criminum rei diserti sint: et cruentos gladios, philosophorum voluminibus, ac non arborum truncis occulant. Excessi mensuram epistolae, sed non excessi doloris modum. Nam qui falsarius vocor, et inter mulierum radios, textrina dilanior, contentus sum crimen abmuere,

Notae.

*Te ipsum intellige*] Γνωθι σαυτον, id est: nosce te ipsum: quod dictum quidam adscribunt Chiloni.

*Confutat*] Erasmus: *confutavit* — legit; quum alii *confutabit* — legerint. *Edit.*

*resurgens mortuus confutat*] Hier. loquitur de illis, qui sermonis simpliciratem, Apostolorum excusabant exemplo, asserens si in hoc imitari placet Apostolos, imitentur eos primum in signis et miraculis: quia sermonis imperitiam sanctitatis magnitudine, et acutos syllogismos alicuius mortui suscitatione sic potuerunt excusare.

*Croesi*] Croesus Lydorum rex in opulentiae proverbium abiit.

*Sardanapalus*] Assyriorum rex quavis muliere corruptior: mollicie sua nobilitatus est.

*inter mulierum radios*] Hoc loco intellige instrumenta textoria.

nuere, non referre. Unde arbitrio tuo cuncta permitto, ut legas ipsam epistolam, tam graecam quam latinam: et illico intelliges accusatorum meorum maenias et probrosas quaerelas. Porro mihi sufficit amicum instruxisse charissimum, et in cellula latitanti diem tantum expectare iudicii. Optoque si fieri potest, et si adversari siverint, commentarios potius scripturarum, quam Demosthenis et Tullii Philippicas tibi scribere.

II.

Notae.

*Demosthenis et Tullii*] intelligit invectivas; sic enim appellat Cicero suas orationes habitas in Antonium, ad imitationem Olynthiacarum, quas Demosthenes dixit in Philippum regem Macedonum.

Italiae, quae quondam magna Graecia dicebatur, laboriosissime peragravit; ut qui Athenis magister erat et potens, cuiusque doctrinam Academiae Gymnasia personabant, fieret peregrinus atque discipulus, malens aliena verecunde discere, quam sua impudenter ingerere. Denique cum litteras quasi

---

Notae.

arcana didicit. Longius autem amore Philosophiae peregrinaturus, bellis Asiae coactus Athenas rediit. *Opp. Hier.*

*Tarentinum*] scil. adivit. *Dilh.* Huius non meminit Laërtius, sed Valerius Architas Pythagoricus erat, cuius epitaphium in Odis scripsit Horat. Hunc audivit Tarenti. Locris autem audivit Timaeum, Arienem et Choetum. *Opp. Hier.*

*Oram Italiae*] i. e. finem, quia mari obiacet ea pars Italiae. *Opp. Hier.*

*magna Graecia*] Sic Valerius. *Opp. Hier. In Italiae etiam partem, quae tunc maior Graecia dicebatur, perrexit.* Et Plin. L. V. Quotam partem ex ea appellando Graeciam magnam. Apparet autem illic olim Italos Graece fuisse locutos ob commercia Graecae gentis: quandoquidem et Hercules huc perveniisse legitur. *Opp. Hier.*

*Ut qui Athenis m. e.*] Videtur imitatus Valerium, sic enim ille: quoque tempore a studiosis iuvenibus certatim Athenae Platonem doctorem quaerentibus petebantur, ipse Nili fluminis inexplicabiles ripas, vastissimosque compos, effusam barbariem, et flexuosas fossarum ambitus, Aegyptiorum senum discipulus lustrabat. *Opp. Hier.*

*Academiae*] Academia fuit villa circa Athenas, quam Plato ad studiorum professionem elegit desertam et pestilentem, ut libidinosi motus metu mortis in discipulis frangerentur. *Dilh.*

*Academiae Gymnasia*] Villa Platonis, in qua docebat semotus ab urbe, dicebatur Academia. Gymnasia dicuntur loca, in quibus exercebantur Palaestritae, aut similes: postea Philosophorum quoque conventus Gymnasia dicta; nam γυμναζειν Graecis est exercere.

quasi toto fugientes orbe persequitur, captus a piratis atque venundatus, etiam Tyranno crudelissimo paruit, captivus, vinctus, et servus. Tamen quia Philosophus, maior emente se fuit. Ad Titum Livium lacteo eloquentiae fonte manantem, de ultimis Hispaniae, Galliarumque finibus quosdam venisse nobiles legimus; et quos ad contempla-

Notae.

*Captus a piratis*] Nec is, qui Platonis vitam collegit; nec Laërtius meminit huius rei. Narrant autem, Platonem primum Siciliam adisse, ut Aetnae ardentis videret miraculum; ibi evocatus a Dionysio ad colloquium cum liberius quiddam dixisset, offensus graviter tyrannus, occidere parabat, verum exoratus a Dione, tradidit Polidi legato Lacedaemoniorum, ut eum venderet. Is Aeginum adductum vendidit. At Aeginitae legem tulerant, ut capitale esset, si quis Atheniensis Aeginam veniret. Itaque capitis accersitus est. Absolutus est autem, cum patronus diceret, legem dicere: si quis homo, at hunc esse Philosophum. Sed amicorum pecunia redemptus liber Athenas remissus est. De hac re loqui Hieronymum satis apparet, cum addat, maior emente se fuit. Sed fieri potest, ut ille Historicum aliquem secutus sit, qui rem paulo diversius exposuerit, id quod saepe faciunt. *Opp. Hier.*

*tyranno*] Dionysio Siracusanorum Domino, qui, ob tyrannidem, patria tandem electus, inopia coactus, pueros Corinthi litteras docuit. *Dilh.*

*Ad Titum Livium*] Plin. in epist. ad Nepotem. *Nunquam ne legisti Gaditanum quendam Titi Livii nomine gloriaque commotum, ad visendum eum ab ultimo terrarum orbe venisse, statimque ut viderat, abisse?* Gades autem in Hispania sunt. *Opp. Hier.* Duo fuerunt Titi Livii alter Tragoediarum scriptor, Romae florens, regnante Ptolomaeo Epiphane, ante συναρχωσιν Christi annis fere ducentis; alter gesta ab urbe condita, usque ad sua tempora descripsit stylo gravissimo, vixitque paulo ante Christi adventum in carnem. Ille h. l. intelligitur. *Dilh.*

plationem ſui Roma non traxerat, unius hominis fama perduxit. Habuit illa aetas inauditum omnibus ſaeculis celebrandumque miraculum, ut tantam urbem ingreſſi, aliud extra urbem quaererent. Apollonius, ſive ille Magus ut vulgo loquitur, ſive Philoſophus ut Pythagorici tradunt, intravit Perſas, pertransivit Caucaſum, Albanos, Scythas, Maſſagetas, opulentiſſima Indiae regna penetravit, et ad extremum latiſſimo Phiſon amne transmiſſo pervenit ad Brachmanas, ut Hiarcham in

Notae.

*Apollonius*] Tyaneum intelligit, qui vixit magni nominis, ſub Claudio et Nerone usque ad tempora Nervae. Huius peregrinationes ac vitam omnem ſcripſit Philoſtratus Sophiſta, nugaciſſimis deliramentis, et prodigioſis ſomniis refertam. Unde Hieron. dubitat, utrum Magum eum appellare debet, an Philoſophum. *Opp. Hier.*

*Magus*] Vulgus Sapientes vocabat *Magos*: de quo vocabulo Philo in tractatu, quod omnis probus liber ait; *apud Perſas Magi naturae ſcrutatores per otium divinas* virtutes contemplantur clarius, et alios iisdem initiant myſteriis. *Dilh.*

*Philoſophus*] A Pythagora ſapientes primum dicti fuere Philoſophi. *Dilh.*

*Phiſon amne transmiſſo*] Alias Ganges dicitur. *Dilh.* Phiſon Hieronymus in locis hebraicis eundem putat, quem autores Gangem appellant, qui et ipſe in India eſt, influens in Oceanum Auſtrinum. *Opp. Hier.* In Epiſt. ad Ruſt. Monach. de vivendi forma ſcribit *Hier.* — ad Indiam pervenitur, et ad Gangem fluvium, quem Phiſon Scr. Sacr. commemorat. *B.*

*pervenit ad Brachmanas*] Brachmanes populi ſunt Indiae, de quibus incredibilia produnt auctores. Sunt vitae temperatiſſimae, nullum illic animal quadrupes, nulla agricultura, nullum ferrum, non domus, non ignis, non aurum, non argentum, non panis, non vinum, ſed aëris ſalubritate pauciſſimis arborum foetibus et limpidiſſimae aquae potu quam diutiſſime vivunt, pietatis et iuſti-

in throno ſedentem aureo, et de Tantali fonte potantem, inter paucos diſcipulos, de natura, de motibus ſiderum ac dierum curſu audiret, docentem;

C 2

Notae.

iuſtitiae obſervantiſſimi. Aliaque complura mira narratu, quae perſequi non eſt huius inſtituti. Ad hos et Alexandrum viſendi causa legimus perveniſſe. *Opp. H.*

*ut Hiarchem*] Philoſophum, cuius cathedra, in ſapientiae honorem, fuit deaurata. Fuit tamen et alias magni ibi auri copia: et quidem terram Ophir fuiſſe ſtatuunt. *Dilh.* Philoſtratus in vita Apollonii Lib. III. ſcribit, apud Brachmanas ſapientes eſſe, quorum princeps, ipſorum opinor lingua, *Iarchas* vocetur. Hos viſit Apollonius, a quibus ita eſt acceptus. Iarchas in aëreo ſedebat throno, aureis exornato ſtatuis, is Apollonium nominatim ſalutabat. Infra Iarchem in ſellis humilioribus ſedebant caeteri. Deinde poſt diſſertationem philoſophicam Iarchas oſtendit Apollonio ſtatuam, Tantali ſubſcriptione notatam, longam cubitos quatuor, ſimilem manu phialam porrigenti. In hac humor perennis ita diſtillat, ut nunquam tamen exundet. Ex ea phiala bibunt Indici philoſophi, priusquam eunt cubitum. Deinde foris herbaceis incumbentes, dormiunt; ex eadem propinant, ſi quem in amicitiam recipiunt. *Opp. H.*

*de Tantali fonte*] Fontem vocat phialam, quod in ea velut e fonte ſubſcatens ſemper exuberet humor aquae. Tantali vocat, quod ſtatua quae phialam tener, Tantali titulum habeat. Nam hunc putant humaniſſimum fuiſſe. *Opp. Hier.*

*potantem*] i. e. dantem potum de Tantali fonte, i. e. ſapientia, quae ſimilis eſt fonti Tantali, cum curioſe accipiatur, et, quo magis acquiritur, eo magis deſideretur. Quemadmodum enim Tantalus ſemper fonti inhiavit, nunquam tamen fuit ſatiatus; ita ſapientes ſemper addiſcunt, nunquam ad perfectionem perveniunt, aut ſciendi deſiderium explent. *Dilh.*

*inter paucos diſcipulos*] Nam Apollonius refert duodeviginti fuiſſe. *Opp. Hier.*

*de motibus*] ſunt, qui leg. montibus, ſiderum ac dierum curſu — veram puto lectionem, quam in textu legis.

Alii,

tem; inde per Elamitas, Babylonios, Chaldaeos, Medos, Aſſyrios, Parthos, Syros, Phoenices, Arabes, Palaeſtinos reverſus Alexandriam, perrexit Aethiopam; ut Gymnoſophiſtas et famoſiſſimam ſolis menſam videret in ſabulo. Invenit ille vir ubique quod diſceret: et ſemper proficiens, ſemper ſe melior fieret. Scripſit ſuper hoc pleniſſime octo voluminibus Philoſtratus.

Quid loquar de ſaeculi hominibus? cum Apoſtolus Paulus *vas electionis et magiſter gentium*

Notae.

Alii, ut Dilherr. in libr. II. Electorum p. 139. et 249. ſed non indicavit, qua uſus ſit editione, legit hunc paſſum ita: de natura, de moribus, ac de curſu dierum, et ſiderum audiret docentem: quae lectio non arridet; *Edit.*

*Alexandriam perrexit*] *Dilherr.* addit: *et porro*, quod ſuperfluum mihi videtur. *Edit.*

*ut Gymnoſophiſtas*] Gymnoſophiſtae ſunt ultra Indoſcythas ita vocati, quod nudi in ſylvis agant, voluptatum omnium expertes, quibus mortalium vita corrumpitur: de his quoque mira dictu prodiderunt auctores, quae nihil ad hunc pertinent locum. *ib.*

*Gymnoſoph.*] i. e. nudos ſapientes, a γυμνος nudus et σοφιςης ſapiens. Per opacas Indiae atque Aethiopiae ſolitudines vagabantur, tantum genitalibus tegumenta adhibentes. *Dilh.*

*famoſiſſimam ſolis menſam*] i. e. menſam ſoli conſecratam, de qua Valer. Maxim. L. IV. *Dilh.* Locus eſt in Aethiopia, nempe pratum quoddam ſemper multa carnium copia refertum, quas illic noctu magiſtratus ponunt, ut exorto ſole liceat unicuivis, qui velit accedere veſcique, unde vulgus putat eam ciborum vim divinitus innaſci campo: proinde locum ἡλιοτράπεζαν, i. e. ſolis menſam vocant. Ad hanc viſendam Cambyſes rex legatos ſuos miſit. Auctores Herodotus in tertio, Solinus, et Pomponius Mela. *Opp. Hier.*

*loquar*] alii loquor habent; *Dilh.* l. c. *loquar.*

*homi-*

*tium* qui de conſcientia tanti in ſe hoſpitis loquebatur: *an experimentum quaeritis eius, qui in me loquitur Chriſtus?* poſt Damaſcum Arabiamque luſtratam aſcenderit Hieroſolymam, ut videret Petrum et manſerit apud eum diebus quindecim (hoc enim myſterio hebdomadis et ogdoadis, futurus gentium praedicator inſtruendus erat) rurſumque poſt annos quatuordecim, aſſumpto Barnaba et Tito expoſuerit cum Apoſtolis Evangelium, ne forte in vacuum curreret aut cucurriſſet.

---

Notae.

*hominibus*] hominibus ſaecularibus. *Dilh.*

*vas electi. etc.*] Actor. 9, 15.

*loquebatur*] conſcius erat, ſe habere intra ſe tantum hoſpitem, ſcilicet Deum moventem et dictitantem verba ipſius. *Dilh.*

*Chriſtus*] 2 Cor. 13, 3.

*poſt Dam. Arabiamque*] Sic enim ipſe narrat. Gal. 1, 18. 2, 1.

*manſerit*] *Dilh.* manſit.

*quindecim*] Gal. 1.

*hoc enim myſterio*] Quindecim ſeptenarium et octonarium complectuntur. Septenarius ad Iudaeos et legem Moſaicam pertinet, Octonarius ad Evangelium. Sabbatum enim Iudaeorum ſeptem diebus finiebatur: huic ſucceſſit Evangelii gloria, et reſurrectionis quies, iam octonarius numerus ſignificat. Unde tres Pſalmi ſunt eodem inſcripti titulo, nempe pro torcularibus, qui ogdoadis myſterium habent, 83. 86. Si quidem Evangelii gloria coruſcante, Gentium torcularia novo muſto exuberabant, dilatato in octavum diem moſaicae legis Sabbato. Huiusmodi ferme Hilarius in Pſalmos. Ideoque addit Hieronymus, futurus gentium praedicator. *Opp. Hier.*

*c. Ap. Ev.*] cum apoſtolis de evangelio eiusque explicatione contulit. *Dilh.*

*Apoſtolis*] *Dilh.* habet *cum Apoſtol.* quod in textum recepi. *Edit.*

*curreret*] incongruum quid praedicando. *Dilh.*

set. Habet enim nescio quid latentis ἐνεργείας viva vox; et in aures discipuli de auctoris ore transfusa fortius sonat. Unde et Aeschines, cum Rhodi exularet, et legeretur illa Demosthenis oratio, quam adversus eum habuerat, mirantibus cunctis atque laudantibus, suspirans ait: quid si ipsam audissetis bestiam, sua verba resonantem?

Haec non dico, quod sit in me aliquid tale, quod vel possis, vel velis discere, sed quod ardor tuus ac discendi studium, etiam absque nobis per se probari debet. Ingenium docile et sine doctore laudabile est. Non quid invenias, sed quid quaeras

Notae.

*latentis ἐνεργείας*] ἐνεργεια cum per ε scribitur; vim significat et efficaciam, ab ἐνεργεω, quod est ago, sive efficio in aliquo quippiam: cum per α, evidentiam. *Opp. Hier.*

*viva vox*] Sic vocant, non vocem scriptam, quae quasi mortua est, sed ab ore docentis prolatam. Cicero in Tusc. quaest. *Licet enim satis exemplorum ad imitandum ex lectione suppeditet, tamen viva illa, ut dicitur, vox alit plenius, praecipue praeceptoris.* Et Plinius in epist. quadam: *Praeterea magis ut vulgo dicitur, viva vox afficit. Opp. Hier.*

*Quid si ipsum audissetis*] Id Plinius in epistola ad Nepotem narrat hisce verbis: *Nisi vero falsum putamus illud Aeschinis, qui cum legisset Rhodiis orationem Demosthenis, admirantibus cunctis, adiecisse fertur: τι δε εἰ αὐτὸς θηρίον ἀκηκοητε*; i. e. quid autem si ipsam belluam audissetis? *Opp. Hier.*

*Haec non dico*] *Dilh.* legit: *Nec hoc dico. Edit.*

*vel possis*] *Dilh.* addit verba: *a me audire. Edit.*

*debet*] *Dilh.* habet: *debeas. Edit.*

*et sine doctore*] Alii Codices habent; sine auctore. *Opp. Hier.* Mutatis verbis:

*et sine auctore*] alii codices habent sine doctore, quum tamen non verbum auctor, sed doctor in textum receptum sit. *Edit.*

ras conſideramus. Mollis ora et ad formandum facilis, etiam ſi artificis et plaſtae ceſſent manus, tamen virtute totum eſt, quidquid eſſe poteſt. Paulus Apoſtolus ad pedes Gamalielis legem Domini et Prophetas didiciſſe ſe gloriatur, ut armatus ſpiritualibus telis, poſtea diceret confidenter: *arma militiae noſtrae non carnalia ſunt: ſed potentia Deo, ad deſtructionem munitionum, conſilia deſtruentes, et omnem altitudinem extollentem ſe adverſus ſcientiam Dei, et captivantem omnem intellectum, ad obediendum Chriſto: et ſubiugare parati cunctam obedientiam.* Ad Timotheum ſcribit ab infantia ſacris litteris eruditum, et hortatur ad ſtudium lectionis, *ne negligat gratiam, quae data ſit ei per impoſitionem manus Presbyteri.* Tito

---

Notae.

*et plaſtae ceſſ. m.*] πλαττω graece fingo, et πλαςης qui fingit e materia veluti argilla, cera, gypſo aut ſimilibus. Ars dicitur πλαςικη, i. e. plaſtice. *Opp. Hier.*

*virtute totum eſt*] Semi-graece locutus eſt; illi ſi quidem δυναμει dicunt, i. e. potentia, quod actu non ſit, ſed quod eſſe poſſit, ut ſemen exiguum δυναμει magna eſt arbor. *Opp. Hier.* In virtute habet diſpoſitionem ad omnes figuras, quas artifex poteſt inducere. *Dilh.*

*ad pedes Gam.*] Act. Ap. V. et XXII. *Edit.*

*domini*] *Dilh.* legit: *Moyſi. Edit.*

*did. ſe*] *Dilh. ſe did.* habet. *Edit.*

*diceret*] *Dilh. doceret. Edit.*

*arma mil. n.*] 2 Corinth. 10. quamquam editio vulgata nonnihil diſcrepet a verbis Hieronymi. *Opp. Hier.*

*arma*] *Dilh.* addit: *enim. Edit.*

*potentia Deo*] efficacia per Deum. *Dilh.*

*munitionum*] *Dilh.* addit in parentheſi: et nos ſumus. — *Ed.*

*Timotheum*] 1 Tim. 4, 14.

*Presbyteri*] *Dilh. Presbyterii*: et annotat: alii legerunt Presbyteri. *Edit.*

Tito praecipit, ut inter caeteras virtutes Episcopi, quem brevi sermone depinxit, scientiam quoque eligat Scripturarum. *Obtinentem*, inquit, *eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, et contradicentes revincere.* Sancta quippe rusticitas solum sibi prodest, et quantum aedificat ex vitae merito Ecclesiam Christi, tantum nocet si destruentibus non resistat. Malachias Propheta, immo per Malachiam Dominus interrogavit sacerdotes legem. In tantum sacerdotis officium est, interrogatum respondere de lege. Et in Deuteron. legimus: *Interroga patrem tuum, et annuntiabit, seniores tuos,*

Notae.

*Tito*] Tit. 1, 9.

*prodest*] Sanctitas in episcopo rudi, ipsi quidem est salutaris. *Dilh.*

*Malachias Propheta*] Cap. II. *Labia enim sacerdotis etc.*

*Malachiam*] *Dilh.* legit: Aggeum, quod placet, quum citat. loc. Agg. 2, 12. legatur. Sequentia verba: *Dominus interrogavit* legit *Dilher. Dominus: interroga*, ait, *sacerdotes legem. Edit.*

*In tantum sacerdotis*] Sacerdotem Episcopum dicit. Nam olim soli Episcopi sacerdotes vocabantur, et iidem Presbyteri. Deinde cum plures esse coepissent, princeps omnium, Sacerdos et Episcopus vocabatur, caeteri Presbyteri. Ex his palam liquet, proprium Episcopi munus esse, docere populum, non Scoticas argutias, sed Christum, et arcanas scripturas. Atque is, qui summi pontificis nomen sibi vindicat, deberet in eo, quod summum est munus, esse summus. At nunc plerique summas Episcopi partes ad vilissimos relegent, ipsi quod est infimum, sibi sumunt, litium cognitiones et censuum rationes. Et ne nihil omnino sacri populo videantur dare, mota manu benedicunt. *Opp. Hier.*

*interroga patrem*]. Patrem intelligit Episcopum, qui patres esse deberant, non Domini. Patres tua omnia transfun-

*tuos, et dicent tibi.* In Pſalmo quoque CXVIII: *Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuae in loco peregrinationis meae.* Et in deſcriptione iuſti viri, cum eum David arbori vitae, quae eſt in Paradiſo, compareret: inter caeteras virtutes et in hoc tulit: *in lege Domini voluntas eius, et in lege meditabitur die ac nocte.* Daniel in fine ſacratiſſimae viſionis, *iuſtos*, ait, fulgere, *ſicut ſtellas, et intelligentes, hoc eſt, doctos, quaſi firmamentum.* Vides, quantum inter ſe diſtent, iuſta ruſticitas, et docta iuſtitia? Alii ſtellis, alii caelo comparantur: quamquam iuxta hebraicam veritatem, utrumque de eruditis poſſit intelligi: Ita enim apud eos legimus: *qui autem docti fuerint, fulgebunt, quaſi ſplendor firmamenti; et qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellae in perpetuas aeternitates.* Cur dicitur Paulus Apoſtolus *vas electionis?* Nempe quia legis et ſacrarum ſcripturarum

Notae.

fundunt in filios. Domini ad ſuum commodum ſervis utuntur et abutuntur. Seniores autem vocat Presbyteros. Graece enim πρεσβυτερος, ſenior dicitur. *Opp. H.*

*cum eum arbori vitae*] Tanquam lignum, quod plantatum eſt iuxta decurſus aquarum. *Opp. Hier.*

*virtutes et in hoc tulit*] *Dilher.* legit: *virtutes hoc etiam intulit. Edit.*

*meditabitur*] Id eſt exercebitur, hoc enim ſignificat et Latine meditari, et graece μελετᾶν.

*viſionis, iuſtos, aie,*] *Dilherr. viſ.*, ait, iuſtos. *Edit.*

*ſicut*] *Dilherr. quaſi. Edit.*

*hoc eſt*] *Dilherr. id eſt. Edit.*

*firmamentum*] haec verſio eſt LXX, interpretum; ſubſequens Vulgatae. *Dilherr.*

*comparantur*] multum autem differt lumen firmamenti, i. e. totius coeli ſtellati a lumine unius ſtellae. *Dilh.*

rarum armarium eſt. Phariſaei ſtupent ad doctrinam Domini, et mirantur in Petro et Ioanne, quomodo legem ſciant, cum litteras non didicerint. Quicquid enim aliis exercitatio et quotidiana in lege meditatio tribuere ſolet, illis ſpiritus ſanctus ſuggerebat. *Et erant, iuxta quod ſcriptum eſt,* Θεοδίδακτοι. Duodecim annos Salvator impleverat, et in templo ſenes de quaeſtionibus legis interrogans, magis docet, dum prudenter interrogat. Niſi forte ruſticum Petrum, ruſticum dicimus Ioannem, quorum uterque dicere poterat: *et ſi imperitus ſermone, non tamen ſcientia.* Ioannes ruſticus, piſcator, indoctus? Et unde vox illa obſecro: *in principio erat verbum, et verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum?* Λογος enim graece multa ſignificat. Nam et verbum eſt et ratio, et ſupputatio, et cauſa unius cuiusque rei, per quam ſunt ſingula, quae ſubſiſtunt. Quae univerſa recte intelligimus in Chriſto. Hoc doctus Plato

Notae.

*armarium. eſt*] *Dilherr.* habet: *erat armarium.*

*ad doctrinam*] *Dilherr.* legit: *in doctrina.*

*illis ſpiritus*] *Dilherr.* addit *hoc* poſt verbum *illis.*

Θεοδίδακτοι] *Dilherr. docibiles Deo.*

*docti a Deo*] Eſai. 54, 13.

*ſenes*] *Dilherr. ſedens:* nonne rectius legat? Ioh. 6, 45. Luc. 2, 46. 2 Cor. 11, 6.

*dicimus*] *Dilherr. dicamus*, fortaſſe melius legit.

*poterat*] i. e. ſi ipſis obiiceretur ſermo nullius lenociniis exornatus, reſpondere uterque poterat. *Dilherr.*

*et Deus erat Verbum*] i. e. iſta certe vox non eſt ruſtici, ſed ſapientum ſapientiſſimi; quia, ut Auguſtinus ait, ſi altius intonuiſſet, totus mundus non capere potuiſſet. *Dilherr.* Ioh. 1, 1.

Plato neſcivit, hoc Demoſthenes eloquens ignoravit. *Perdam*, inquit, *ſapientiam ſapientum, et prudentiam prudentium reprobabo.* Vera ſapientia perdet falſam ſapientiam: et *quamquam ſtultitia praedicationis in cruce ſit*, tamen Paulus *ſapientiam* loquitur *inter perfectos. Sapientiam autem non ſeculi huius, nec principium iſtius ſeculi, quae deſtruitur, ſed loquitur Dei ſapientiam in myſterio abſconditam, quam praedeſtinavit ante ſecula.* Dei ſapientia Chriſtus eſt. *Chriſtus enim Dei virtus et Dei ſapientia.* Haec ſapientia in myſterio abſcondita eſt, de qua et noni Pſalmi titulus praenotatur, *pro occultis filii: in quo omnes theſauri ſapientiae abſconditi:* et qui in myſterio abſconditus erat, praedeſtinatus eſt ante ſecula, praedeſtinatus autem et praefiguratus in lege et prophetis. Unde et prophetae appellabantur *videntes*,

Notae.

*perdam*] Eſai. 29, 14. 1 Cor. 1, 19.

*in cruce*] 1 Cor. 1, 18.

*inter perfectos*] Licet praedicatio de cruce videatur ſtulta, tamen Paulus loquens de crucifixo ſapientiam loquitur inter perfectos. Paulus enim aliquando non ſe praedicare ſapientiam putabat, cum ſcilicet annuntiaret Chriſti paſſionem, reſurrectionem, et alia geſta ipſius; quia hiſtorica haec ſunt, et plana: cum autem explicaret occulta quaedam myſteria praefigurationum, quae latebant in medulla tegis ſub cortice; ſapientiam ſe praedicare putabat, quia iſta ſunt altiſſima, ne capiant ea ſimplices. *Dilherr.*

*non ſeculi huius*] 2 Cor. 2, 6. 7.

*iſtius ſaeculi*] *Dilherr.* mutat ordinem verborum legens: *ſaeculi iſtius.*

*praedeſtinavit*] *Dilherr.* addit: Deus.

*Dei ſapientia*] 1 Cor. 1, 18.

*ſapientiae*] *Dilherr.* *et ſcientiae Dei* in textu adhuc habet.

*tes*, qui videbant eum, quem caeteri non videbant. *Abraham vidit diem eius, et laetatus eſt.* Aperiuntur coeli Ezechieli, qui populo peccatori clauſi erant. *Revela*, inquit David, *oculos meos, et conſiderabo mirabilia in lege tua.* Lex enim ſpiritualis eſt; et revelatione opus eſt, ut intelligatur, *ac revelata facie Dei gloriam contemplemur.* Liber in apocalypſi *ſeptem ſigillis ſignatus* oſtenditur, quem ſi dederis homini ſcienti litteras, ut legat, reſpondebit tibi: *non poſſum, ſignatus eſt enim.* Quanti hodie putant ſe noſſe litteras, et tenent ſignatum librum, nec aperire poſſunt, niſi ille reſeraverit, *qui habet clavem David; qui aperit, et nemo claudit; claudit et nemo aperit?* In actibus Apoſtolorum Sanctus Eunuchus; immo vir (ſic enim eum ſcriptura cognominat) cum legeret Eſaiam interrogatus a Philippo: *putasne, intelligis, quae legis? reſpondit, quomodo poſſum niſi aliquis me docuerit?* Ego (ut de me loquar interim)

Notae.

*videntes*] hebr. רֹאִים; 1 Reg. 9, 9.
*Abraham*] Ioh. 8, 56.
*aperiuntur*] *Dilherr.* aperiebantur legit. Ezech. 1, 1.
*Revela*] Pſ. 118, 18.
*lex enim*] Rom. 7, 14.
*contemplemur*] 2 Cor. 3, 18.
*ſeptem etc.*] Apoc. 5, 1.
*non poſſum etc.*] Eſ. 29, 11.
*putant ſe*] *Dilherr. ſe putant*, habet.
*et tenent*] omittit. *Dilherr.*
*qui habet etc.*] Apoc. 3, 7.
*Eſaiam*] *Dilherr.* addit: prophetam.
*putasne etc.*] Act. 8, 30.
*reſpondit*] *Dilherr.* habet: *reſponditque.*

interim) nec ſanctior ſum hoc Eunucho, nec ſtudioſior, qui de Aethiopia, id eſt, de extremis mundi finibus venit ad templum, reliquit aulam regiam, et tantus amator legis divinaeque ſcientiae fuit, ut etiam in vehiculo ſacras litteras legeret; et tamen cum librum teneret, et verba Domini cogitatione conciperet, lingua volveret, labiis perſonaret, ignorabat eum, quem in libro neſciens venerabatur. Venit Philippus, oſtendit ei Ieſum, qui clauſus latebat in littera. O mira doctoris virtus! Eadem hora credit Eunuchus, baptizatur, et fidelis et ſanctus factus eſt, ac de diſcipulo magiſter, plus in deſerto fonte eccleſiae, quam in aurato ſynagogae templo reperit. Haec a me breviter perſtricta ſunt, neque enim epiſtolaris anguſtia, evagari longius patiebatur, ut intelligeres, te in ſcripturis ſanctis, ſine praevio et monſtrante, ſemitam non poſſe ingredi.

Taceo de Grammaticis, Rhetoricis, Philoſophis, Geometris, Dialectis, Muſicis, Aſtronomis, Aſtrologis, Medicis, quorum ſcientia mortalibus vel utiliſſima eſt; et in tres partes ſcinditur,

---

Notae.

*litt. ſ. legeret*] *Dilherr.* legit: *litteras legeret ſacras.*

*credit*] *Dilherr.* perfectum habet: *credidit.*

*et ſanctus factus eſt, ac de diſcipulo magiſter*] *Dilherr.* omittit verbum: *factus eſt.*

*Haec a br. perſtr. ſ.*] *Dilherr.* mutato ordine verborum legit: *Haec a me perſtricta ſunt breviter.*

*Rhetoricis*] *Dilherr.* habet: *Rhetoribus.*

*Dialectis*] Legit: *Dialecticis Dilherr.*

*mortalibus vel*] Inter haec duo vocabula addit *Dilherr.* ſatis.

tur, το δογμα, την μεθοτον, την εμπειριαν. Ad minores artes veniam, et quae non tam lingua, quam manu administrantur. Agricolae, cementarii, fabri metallorum, lignorumve caesores, lanarii quoque et fullones, et caeteri, qui variam suppellectilem et vilia opuscula fabricantur, absque doctore non possunt esse, quod cupiunt. *Quod medicorum est, promittunt medici; tractant fabrilia fabri.* Sola scripturarum ars est, quam sibi omnes passim vindicent. *Scribimus indocti doctique poemata passim.* Hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc Sophista verbosus, hanc universi praesumunt, lacerant, docent antequam discant. Alii adducto supercilio grandia verba trutinantes, inter mulierculas de sacris litteris philosophantur. Alii discunt, proh dolor! a foeminis, quod viros doceant: et ne parum hoc sit, quadam facilitate verbo-

Notae.

το δογμα etc.] Latinis *Dilherr.* habet: *in doctrinam, rationem, et usum.* — Hoc loco desunt Graeca, quae ex veterum codicum vestigiis restituimus, ad hunc modum: τ. δ. τ. μ. τ. ε. i. e. decretum, rationem et experientiam. *Opp. Hier.* — Per doctrinam intelliguntur Mathematicae disciplinae, naturales et transnaturales, quae demonstrationibus constant; per rationem, Grammatica, Rhetorica et Logica, disciplinae λογικαι; per usum, philosophia moralis, quae usus i. e. mores dirigit humanos. *Dilherr.*

*lingua*] alii legunt: quae non tam λογω, quam manu constant. *Dilherr.*

*omnes passim*] *Dilherr.* mutato ordine verborum leg. *p. o.*

*vindicent*] Legit *Dilherr. vindicant.*

*omnes vind.*] Omnes aliae artes praeceptore egent et magistro; at scripturarum interpretationem passim sibi omnes adsignant, usu iniquissimo. *Dilherr.*

*proh dolor*] *Dilherr.* habet *pro pudor!*

borum, immò audacia ediffèrunt aliis, quod ipſi non intelligunt. Taceo de mei ſimilibus, qui ſi forte ad ſcripturas ſanctas, poſt ſeculares litteras venerint, et ſermone compoſito aurem populi mulſerint, quicquid dixerint, hoc legem Dei putant, nec ſcire dignantur, quid Propherae, quid Apoſtoli ſenſerint, ſed ad ſenſum ſuum incongrua aptant teſtimonia, quaſi grande ſit, et non vitioſiſſimum docendi genus, depravare ſententias, et ad voluntatem ſuam, ſcripturam trahere repugnantem. Quaſi non legerimus Homerocentonos, et Vir-

Notae.

*ſimilibus*] Miſcet ſe Hieronymus hic malis, ne alios videatur inordacius arguere. *Dilherr.*

*aurem*] *Dilherr.* legit *aures.*

*teſtimonia*] pungit eos, qui, cum aliis ante artibus incubuere, tandem malo auſpicio, et corrupto iudicio ad S. Scripturae explicationem ſe conferunt, et non, quod in illis inveniunt, tradunt; ſed quod ante ſecum conſinxerunt; qui ſenſum non eliciunt, ſed inferunt, et ſimplicioribus verboſo dulciloquio perſuadent. *Dilherr.*

*docendi*] *Dilherr.* habet *dicendi.*

*ſcripturam*] *Dilherr.* addit ante hoc vocabulum: *ſacram.*

*Homerocentonos*] Latini veſtem e pannis verſicoloribus conſutum vocant centonem, Graeci κεντρωνα. Nam Latini detrahunt ρ in ea dictione. Unde et carmen ex variis verſuum fragmentis, hinc atque inde conſutis contextum, centonem appellamus. Qualis eſt Auſonii centon nuptialis, ex Virgilianorum carminum fragmentis concinnatus: extat et Probae centon: extat et Hocherocenton argumento conſimili. Arbitror autem legendum non Homerocentonos ſed Homerocentronas, et Virgiliocentronas. Etenim cum compoſitio Graeca ſit, oportet et Graecam ſervare dictionem. At ea habet ρ. Quamquam in Suida et Etymologico Graeco ομηροκεντρα legimus, non ομηροκεντρωνας, ſed haud ſcio an depravate. Eſt autem huic genere peculiare, auctorum verba in ſenſum longe diverſum detorquere velut Virgi-

Virgiliocentonos; ac non ſic etiam Maronem ſine Chriſto poſſumus dicere Chriſtianum quia ſcripſerit:

Iam redit et virgo, redeunt Saturnia regna;
Iam nova progenies coelo dimittitur alto.

Et patrem loquentem ad filium:

Nate, meae vires, mea magna potentia ſolus.

Et poſt verba Salvatoris in cruce:

Talia perſtabat memorans, fixusque manebat.

Puerilia haec ſunt, et circulatorum ludo ſimilia, docere quod ignores, immo ut cum ſtomacho loquar,

---

Notae.

Virgilii de inferis: *Nulli fas caſto ſceleratum inſiſtere limen.* Auſonius detorquet ad coitum, et pudenda muliebria. Qui volet huius carminis leges cognoſcere, legat praefationem Auſonii in ſuum centonem. *Opp. H.*

*Maronem*] *Dilherr.* habet: *et* Maronem.

*poſſumus*] *Dilherr.* legunt in indicat. poſſumus.

*Chriſtianum*] in *Opp. Hier.* quae edid. Tribechov. eſt error typographicus in hoc vocabulo, quum *Chriſtianum* habeat.

*Iam redit etc.*] Haec verba in centonibus ad ſemper Virginem Mariam et Chriſtum a quibusdam referuntur. *Dilherr.* — Quidam trahunt ad Mariam virginem et matrem, et credidit D. Auguſtinus, Spiritum Sanctum per os inimicorum, vera fuiſſe loquutum, cum Virgilius de Erigone ſentiat. Quamquam ille poeta Sibyllae vaticinium recenſuit. Carmen eſt in Buccolicis. *Opp. Hier.*

*Nate, meae vires*] Carmen eſt ex L. I. Aeneid. atque his verbis Venus alloquitur Cupidinem filium. Quae quidam ſtulte trahere conabantur ad Patrem aeternum, et eius filium Ieſum. *Opp. Hier.*

*Talia perſtabat mem.*] Verba ſunt Aeneae apud Maronem L. II. Aeneid. quae quidam accommodulant Chriſto pendenti in cruce. *Opp. Hier.*

*haec ſunt*] *Dilherr.* mutato vocabulorum ordine leg. *ſunt haec.*

quar; ne hoc quidem ſcire, quod neſcias. Videlicet manifeſtiſſima eſt Geneſis, in qua de natura mundi, de exordio generis humani, de diviſione terrae, de confuſione linguarum et gentium, usque ad exitum ſcribitur Hebraeorum. Patet Exodus, cum decem plagis, cum decalogo, cum myſticis divinisque praeceptis. In promptu eſt Levi-

Notae.

*ne hoc quidem ſcire, quod*] *Quod*, hoc loco coniunctio eſt. Perinde eſt, quaſi dicat, ne hoc quidem ſcire, te inſcium eſſe. Alludit ad Socratem, qui ſolitus eſt dicere: *ſe unum illud ſcire, quod nihil ſciret.* *Opp. Hier.*

*quod neſcias*] comparat eiusmodi detorſionem ſcripturae cum Homerocentonibus et Virgiliocentonibus; ubi contra mentem Poetarum Hemiſtichia verſusve coniunguntur. *Dilherr.*

*videlicet*] reſpondet Hieronymus ironice illis, qui, cum litteras ſeculares didiciſſent, et ad ſcripturam ſe contuliſſent; eam haud putabant difficilem, atque eo non curabant magnopere laborare, ut intelligerent Prophetas vel Apoſtolos. Ponit igitur Hieronymus ironice cum iſtis conſentiens propoſitionem univerſalem: tota utique ſcriptura eſt manifeſta; et inducit in particulari: ſcilicet manifeſta eſt Geneſis, Exodus, Leviticus &c. *Dilherr.*

*manifeſta eſt Geneſis*] Haec legenda ſunt non ſimpliciter, ſed per Ironiam, cum nulla pars ſcripturae divinae difficilior ſit, quam Geneſis propter myſteriorum profunditatem: adeo ut olim Iudaei non admiſerint ad huius libri lectionem, niſi provectiore aetate. *Opp. Hier.*

*de natura*] *Dilherr.* legit: *de creatura.*

*et gentium, usque ad exitum ſcribitur Hebraeorum*] Tali modo et his verbis legit *Dilherr.* *de deſcenſione usque ad Aegyptum ſcribitur Ebraeorum.*

*patet Exodus*] Et hoc κατ' αντιφρασιν dictum eſt, ut et illud, quod ſequitur, in promptu eſt. *Opp. Hier.*

*plagis*] de quibus legitur a cap. VII. usque ad XII. *Dilherr.*

Leviticus liber, in quo ſingula ſacrificia, immo ſingulae pene ſyllabae, et veſtes Aaron, et totus ordo Leviticus, ſpirant coeleſtia ſacramenta. Numeri vero, nonne totius Arithmeticae, et prophetiae Balaam, et quadraginta duarum manſionum per eremum myſteria continent? Deuteronomium quoque ſecunda lex et evangelicae legis praefiguratio, nonne ſic ea habet, quae priora ſunt, ut tamen nova ſint omnia de veteribus? Hucusque Moyſes, hucusque Pentateuchus, *quibus quinque verbis, loqui ſe velle Apoſtolus in Eccleſia gloriatur.* Iob exemplar patientiae, quae non myſteria ſuo ſermone complectitur? Proſa incipit, ver-

Ita

Notae.

*Leviticus*] *Dilherr.* addit vocabulum: *liber.*

*Deuteronomium*] Expoſuit graecam vocem: δευτερος, graece ſecundum ſignificat, ſive poſteriorem, et νομος legem. *Opp. Hier.* — Vocabulum: *vero* addit *Dilherr.* poſt Deut.

*hucusque Moyſes*] Horum quinque voluminum Moyſen auctorem exiſtimant. *Opp. Hier.*

*Pentateuchus*] πεντε quinque, et τευχος, volumen, quod quinque complectatur volumina. *Opp. Hier.*

*Quibus quinque verbis*] Hic Hieronymus nonnullam facit vim verbis Paulinis. Nam is 1 Corinth. XIV. ſenſit, ſe malle paucula verba loqui in eccleſia, ſit ut audientes aedificentur, quam decem millia, quae ſolus intelligat, et nulli prodſint ad aedificationem. Quamquam hodie Sacerdotum vulgus magni faciat ſua verba, quae nec ipſi, qui ſonant, intelligunt. *Opp. Hier.* — Per quinque verba intelligit quinque libros Moſis; quomodo aliquando totam vocamus orationem, ſive totum contextum, verbum. Quando autem Apoſtolus 1 Cor. 14, 19. dicit: in eccleſia volo quinque verba mente mea loqui, ut alios inſtituam: Hieronymus πεντε λογους ſive quinque verba, de quinque libris Moſis hoc loco explicat. *Dilherr.*

proſa

ſu labitur, pedeſtri ſermone finitur; omnesque leges dialecticae propoſitione, aſſumptione, confirmatione, concluſione determinat. Singula in eo verba plena ſunt ſenſibus. Et (ut de caeteris ſileam) reſurrectionem corporum ſic prophetat, ut nullus de ea vel manifeſtius, vel cautius ſcripſerit. *Scio*, inquit; *quod redemptor meus vivit, et in noviſſimo die de terra reſurrecturus ſum, et rurſum circumdabor pelle mea, et in carne mea videa Deum. Quem viſurus ſum ego ipſe, et oculi mei conſpecturi ſunt et non alius. Repoſita eſt haec ſpes mea in ſinu meo.* Venio nunc ad Ieſum Nave, qui typus Domini non ſolum geſtis, ſed etiam nomine, tranſiit Iordanem, hoſtium regna ſubvertit, diviſit terram victori populo, et per ſingulas urbes, vicuſos, montes, flumina, torrentes, atque confinia, eccleſiae coeleſtisque Hieruſalem ſpiritualia regna deſcribit. In Iudicum lib. quot principes populi, tot figurae ſunt. Ruth Moabitis Eſaiae implet vaticinium, dicentis: *Emitte agnum Domine,*



Notae.

*proſa incipit*] Initium et finis Iob oratione ſoluta compoſita ſunt, ipſum opus carmine conſtat. *Opp. Hier.* — Proſaicam dicunt Hebraei orationem Iobi a cap. 1. usque ad 3. metricam usque ad cap. 41. et usque ad libri finem iterum proſaicam. Quae autem huiuscemodi metri ſit ratio, nec ipſis iam conſtat Iudaeis. *Dilherr.*

*videa*] melius *Dilherr. videbo.*

*Ieſum Nave*] ita vocatur Ioſua, Eccleſiaſt. c. 46, 1. Ioſua autem et Ieſus Hebraeis ab eadem radice formantur et unum idemque ſignificant: dicitur Ieſus Nave a parente; ad differentiam Ieſus Sirach. *Dilherr.*

*typus — nomine*] *Dilherr.* legit: *typum — nomine refert.*

*tranſiit*] *Dilherr.* legit: *tranſit.*

*diviſit*] dividit habet *Dilherr.*

*mine, dominatorem terrae, de petra deſerti, ad montem filiae Sion.* Samuel in Heli mortuo, et in occiſo Saul, veterem legem abolitam monſtrat. Porro in Sadoch atque David, novi ſacerdotii, novique imperii ſacramenta teſtatur. Malachim, id eſt, Regum tertius et quartus liber a Salomone usque ad Ieonicam, et ab Hieroboam filio Nabath, usque ad Oſee, qui ductus eſt in Aſſyrios, regnum Iuda et regnum deſcribit Iſrael. Si hiſtoriam reſpicias, verba ſimplicia ſunt: ſi in litteris ſenſum latentem inſpexeris, eccleſiae paucitas, et haereticorum contra eccleſiam bella narrantur. Duodecim prophetae in unius voluminis anguſtias coarctati, multo aliud quam ſonant in litteris, praefigurant. Oſee crebro nominat Ephraim, Samariam, Ioſeph, Iezrael, et uxorem fornicariam et fornicationis filios, et adulteram cubiculo cluſam mariti, multo tempore ſedere viduam, et ſub veſte lugubri, viri ad ſe reditum praeſtolari. Iohel filius Phatuel, deſcribit terram duodecim tribuum, eruca, brucho, locuſta, rubigine vaſtante corruptam:

Notae.

*Heli*] qui erat miniſter legis. *Dilherr.*

*occiſo*] *Dilherr. occiſione* legit.

*Malachim*] *Dilherr. Melachim:* Hebraeum eſt מלכים ſignificans reges.

*regum tert. etc.*] *Dilherr.* mutato verborum ordine habet: *tertius et quartus regum.*

*Ieonicam*] *Ieoniam* in edit. *Dilherr.*

*ab Hier.*] *Dilherr. a Hier.*

*Oſee*] *Oſeae Dilherr.*

*Oſee*] *Dilherr. Oſeae.*

*viri*] *Dilherr. mariti:* legit.

*corruptam*] *conſumtam* habet *Dilherr.*

tam: et post everſionem prioris populi, *effuſum ſpiritum ſanctum ſuper ſervos Dei et ancillas*, id eſt, *ſuper centum viginti credentium nomina*, qui effundendus erat in coenaculo Sion, qui *centum viginti*, ab uno usque ad quindecim paulatim et per incrementa ſurgentes, *quindecim graduum numerum* efficiunt, qui in pſalterio myſtice continentur. Amos *paſtor et ruſticus et ruborum mo-*

*ra*

Notæ.

*effuſum*] *Dilherr.* addit: *iri*.

*ſuper ſervos Dei*] Sic enim legimus Ioel c. II. *Sed et ſuper ſervos et ancillas in diebus illis effundam ſpiritum meum. Opp. Hier.* — Addit itaque vocabulum: *Dei*, et loco: *meum*, ponit: *ſanctum*. *B.*

*ſuper centum viginti credentium nomina*] Tantus enim erat numerus congregatus poſt aſcenſionem Chriſti, ut narrat Lucas Actuum Apoſtolorum Cap. I. qui locus adhuc oſtendebatur vivo Hieronymo in Hieruſalem. *Opp. Hier.*

*qui effundendus erat*] *Dilherr. effuſum iri* legit.

*in coenaculo Sion*] In Hieruſalem datus eſt Spiritus Sanctus, et in monte Sion aedificata eſt Hieruſalem, ut teſtatur in commentariis Eſaiae. Maluit autem dicere, coenaculum Sion, ut alluderet ad aſcenſum. Sion enim mons, et latine ſonat ſpeculam. Denique in Pſalmis quindecim graduum nominatim fit mentio Sion. Qui confidunt in Domino ſicut mons Sion, ut intelligas coenaculum hoc ſignificaſſe faſtigium illud, ad quod quindecim perfectionis gradibus aſcenderetur.

*ab uno usque ad quindecim*] Forte ſcriptum erat: *ab imo usque ad ſummum*. Si quidem coenaculum appelletur ſuperior pars aedium, quae procul a terra ſemota eſt. Quoniam igitur in coenaculum gradibus aſcenditur, admiſcuit Hieronymus myſterium quindecim graduum, qui ſunt in Pſalmis, quibus ſignificantur incrementa eorum ab imo ad ſumma paulatim proficiſcentium. Verum haec divinatio non tantum valuit apud nos, ut ſcripturam mutaremus. *Opp. Hier.*

*myſtice continentur*] Quod ſi iſta centum et viginti ita diſponantur, ut creſcant paulatim, invenientur quindecim

lineae,

*ra deſtringens*, paucis verbis explicari non poteſt. Quis enim digne exprimat *tria aut quatuor ſcelera Damaſci*, *Gazae*, *Tyri et Idumeae et filiorum Ammon et Moab*, et in ſeptimo octavoque gradu Iudaeae et Iſrael? Hic loquitur *ad vaccas pingues*, *quae ſunt in monte Samariae*, *et ruituram domum maiorem minoremque teſtatur. Ipſe cernit fictorem locuſtae: et ſtantem Dominum ſuper murum litum vel adamantinum*, *et uncinum pomorum*, *attrahentem ſupplicia peccatoribus*, *et famem in terram: non famem panis*, *nec ſitim aquae*, *ſed audiendi verbum Dei.* Abdias qui inter-

N o t a e.

lineae, ſive quindecim gradus. Sumamus triangulum aequilaterum, et ab uno angulorum ponamus puncta ſecundum lineas, et primo pingamus unicum punctum, deinde in altera linea duo, in tertia tria, in quarta quatuor, atque ita conſequenter: et ultima linea, quae conſtituit unum trianguli latus, habebit quindecim puncta. Et ſic in quolibet latere quindecim erant. Quod ſi puncta omnia colligas, invenies *centum et viginti*. *Schema* vide in fine. *Dilherr.*

*deſtringens*] carpens. Paſtores enim dum ruri degunt, mora et fruges alias comedunt. *Dilherr.*

*Gazae*] ante hoc vocabulum addit *Dilherr. et.*

*octavoque*] *et octavo. Dilherr.*

*Iudaeae*] *Dilherr. Iudae* legit.

*in monte Samar.*] *in Samar. monte*, mutato verborum ordine habet *Dilherr.*

*ipſe cernit fictorem*] Amos c. VII. et ecce fictor locuſtae in principio germinum. *Opp. Hier.*

*litum*] planatum. *Dilherr.*

*uncinum pomorum*] vid. Cap. VIII. Amos. Significabat iſte uncinus captivitatem imminentem. Sicut enim poma violenter uncino inclinantur: ita populus Dei inobediens violenter abduci per Aſſyrios debebat. *Dilherr.*

*in terram*] in terra. *Dilherr.*

terpretatur ſervus Dei pertonat contra Edom ſanguineum, terrenumque hominem. Fratris quoque Iacob ſemper aemulum, haſta percutit ſpirituali. Ionas columba pulcherrima, naufragio ſuo paſſionem Domini praefigurans, mundum ad poenitentiam revocat, et ſub nomine Ninive ſalutem gentibus nuntiat. Michaeas de Moraſthi cohaeres Chriſti, *vaſtationem annuntiat filiae latronis et obſidionem ponit contra eam, quia maxillam percuſſerit iudicis Iſrael.* Nahum conſolator orbis, increpat civitatem ſanguinum, et poſt everſionem illius loquitur: *ecce ſuper montes pedes evangelizantis et annuntiantis pacem.* Habacuk luctator fortis

---

Notae.

*ſervus Dei*] *Dilherr. ſervus Domini.*

*Edom*] filios Eſau, qui ſunt Idumaei. *Dilherr.*

*terrenumque hominem*] *Dilherr.* addit: *fratrem*, et coniungit cum ſequentibus extincto puncto poſt vocabulum *hominem*, ita: *terr. hom. fratrem fratris quoque Iacob ſemper aemulum haſta &c.*

*Ionas*] hebr. יוֹנָה eſt *columba. Dilherr.*

*ſalutem gentibus*] *Dilherr.* mutato ordine verborum legit: *gentibus ſalutem.*

*de Moraſthi cohaeres Chriſti*] viculo iuxta Eleutheropolin, urbem Palaeſtinae, ubi natus fuit Michaeas, unde ſe Moraſthiten vocat, uti ſcribit Hieron. in praefat. Commentar. quos in hunc edidit. Porro Moraſthi ſermone Hebraico ſonat haeredem. Unde D. Hieronymus ſimul alluſit et ad hebraicam vocem, et quod ſcripſit Paulus Rom. VIII. *Haeredes quidem Dei, cohaeredes autem Chriſti. Opp. Hier.* — *Dilherr. Eleutheopolin* omiſſo r. errore typographico habet.

*fil. latronis*] vocatur Ieroſolyma filia latronis, i. e. diaboli, cap. V. Mich. *Dilherr.*

*civitatem ſanguinum*] *Niniven* putat *Dilherr.*

*Habacuk luctator etc.*] nam haec omnia ſignificat hebraice Habacuk. *Opp. Hier.* — Ita vocatur, quia nullus Prophe-

luctator fortis et rigidus, *stat super custodiam suam, et figit gradum super munitionem*; ut Christum in cruce contempletur et dicat: *Operuit coelos gloria eius, et laudis eius plena est terra. Splendor eius, ut lucerit, cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius.* Sophonias speculator et arcanorum Domini cognitor, audit clamorem a porta piscium, et ejulatum a secunda et contritionem a collibus. Indicit quoque ululatum habitatoribus pilae: quia conticuit omnis populus Chanaan: disperierunt universi, qui involuti erant argento. Aggaeus festivus et laetus: qui seminavit in lachrymis, ut in gaudio meteret, destructum templum aedificat, dominumque patrem inducit

Notae.

phetarum tam animose cum Deo quasi congreditur, interrogando: cur mali hic sint felices, et boni infelices? *Dilherr.*

*custodiam s.*] alludit ad Cap. II. Abac. *Dilherr.*

*et figit — munitionem*] i. e. firmiter stat super murum. *Dilherr.*

*Domini cogn.*] *Dei cogn. Dilherr.* legit.

*piscium*] quia omnes, qui stabant circa illam portam, clamare coepisset intrantibus Chaldaeis. *Dilherr.*

*pilae*] Hierusalem, quae vocatur pila, propter rotunditatem. *Dilherr.*

*quia*] *quos* legit *Dilherr.*

*disperierunt*] *Dilherr. disperfi sunt.*

*argento*] i. e. *divites. Dilherr.*

*Aggaeus festivus et laet.*] Et hic alludit ad vocem hebraicam, quae illis significat *festivum et laetum. Opp. Hier. — Dilherr.* errore typographico legit: *festinus.*

*meteret*] i. e. opus laboriosum, templi instaurationem fusciebat; ex quo tandem omnis populus laetabatur. *Dilherr.*

*dominumque*] *Denique* habet *Dilherr.*

ducit loquentem: *adhuc unum modicum, et ego commovebo caelum et terram et mare et aridam et movebo omnes gentes, et veniet desideratus cunctis gentibus.* Zacharias memor Domini ſui multiplex in prophetia, *Ieſum veſtibus ſordidis indutum, et lapidem oculorum ſeptem, candelabrumque aureum cum totidem lucernis, quot oculis, duas quoque olivas a ſiniſtris lampadis cernit et dextris, ut poſt equos varios et rufos et albos, et diſſipatas quadrigas ex Ephraim, et equum de Hieruſalem, pauperem regem vaticinetur et praedicet ſedentem ſuper pullum filium aſinae ſubiugalis.* Malachias aperte, et in fine Prophetarum, de abiectione Iſrael et vocatione gentium: *non eſt mihi*, ait, *voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, et munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim Solis usque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus: et in omni loco ſacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda.* Eſaiam,

Notae.

*modicum*] *Dilherr.* addit huic vocabulo: *que.*

*aridam*] melius cum *Dilherr.* legendum: *aridum.*

*Zachar. mem. Dom.*] Zach. hebraea lingua memoria domini eſt. Teſtis eſt Hieron. in huius enarratione. *Opp. Hier.* — Ex זכר, memoria et יה, dominus. *Dilh.*

*dextris*] *Dilherr.* legit: *a dextris.*

*poſt equos varios et rufos et albos*] Sic legit *Dilherr. p. e. rufos, nigros, varios, et albos.*

*ex Ephraim*] *Dilherr. et Ephrem* habet.

*Malachias aperte*] Obſcurius quidem, ſed tamen hic quoque videtur ad hebraeum vocem alludere. Malachias ſonat: *angelus domini*, vel annuntians dominum. Id enim eſt angeli, palam annuntiare Chriſtum. *Opp. Hier. Prophet.*] *omnium Prophet. Dilherr.* legit.

Eſaiam, Hieremiam, Ezechielem, et Danielem quis poſſit vel intelligere, vel exponere? Quorum primus non prophetiam mihi videtur texere, ſed evangelium. Secundus *virgam nuceam*, et *ollam ſuccenſam a facie Aquilonis*, et *pardum ſpoliatum ſuis coloribus*, et quadruplex diverſis metris nectit alphabetum. Tertius principia et finem tantis habet obſcuritatibus involuta: ut apud Hebraeos iſtae partes cum exordio Geneſeos ante annos

N o t a e.

*quis poſſit*] In indicativo: *quis poteſt* — habet *Dilherr.*

*mihi vid.*] *Dilherr.* ordine mutato *videtur mihi* habet.

*nuceam*] Cap. I.

*coloribus*] Cap. XIII.

*et quádruplex*] Hoc ad threnos, i. e. lamentationes pertinet. Verum quoniam id paucis explicari non poteſt, qui volet cognoſcere, legat praelationem Hieronymi in Threnos Hieremiae. *Opp. Hier.*

*alphabetum*] hoc fit in libro threnorum, ubi quater hoc obſervavit, ut ſingulos verſus a ſingulis alphabeti litteris ordine inchoaret. Dicunt, hoc fieri ideo, quia ob quatuor mala hanc lamentationem inſtituerit: 1. ob mortem Ioſiae. 2. Ob transmigrationem regis Ioachim, et omnium nobilium in babylonicam captivitatem. 3. Ob deſtructionem templi et civitatis. 4. Ob mortem Godoliae. *Dilherr.*

*et finem*] in principio agit de viſione Dei in ſolio, et quatuor animalibus; in fine de templi dimenſione. Hieronymus in prolog. ſuper Ezechielem: Ezechielis difficultatem Hebraeorum monſtrat traditio. Niſi enim quis apud Hebraeos ſacerdotalis miniſterii aetatem, id eſt, triginta annos impleverit; nec principia Geneſeos, nec Cantica canticorum, nec exordium Ezechielis, nec finem legere permittitur: ut ad plenam ſcientiam et myſticos intellectus, plenum humanae naturae tempus accedat. *Dilherr.*

*iſtae partes*] principium et finis *Opp. Hier.* — *ipſae* leg. *Dilherr.*

cum

annos trigiuta non legantur. Quartus vero qui et extremus inter quatuor Prophetas, temporum conscius, et totius mundi philosteros, *lapidem praecisum de monte, sine manibus, et regna omnia subvertentem*, claro sermone pronuntiat. David Simonides noster, Pindarus et Alcaeus, Flaccusque quoque Catullus et Serenus, Christum lyra personat, et in decachordo psalterio ab inferis suscitat resurgentem. Solomon pacificus et *amabilis*

Notae.

*cum exordio*] quoniam et hic multa fabulis simillima videantur, nisi in ingenium incidant praeparatum. *O. H.*

*philosterus*] *Dilherr.* Φιλαστωρ legit: et addit explicationę vocabuli huius in parenthesi: *amans et descriptor historiarum.* — Non dubium est, quin hic locus sit depravatus. Sunt, qui putent, polyhistor. Id enim cognominis additum fuit Appioni Grammatico, qui singularum gentium historiam contexuit. Auctor A. Gellius L. V. c. XIV. Aut certe polyhistoros, ne longius recedamus a scriptura. Polyhistor sive polyhistoros graece dicitur, qui multa novit et memorat: praemisit enim temporum conscius. Mihi potissimum arridet, ut legamus *philistoros*, id est: cognoiscendi cupidus. Sic enim audivit a Gabriele, *quia vir desideriorum* est. Dan. Cap. IX. *O. H.* — Alios: *philohistoricus* — legisse, testes sunt notae in *O. H.*

*Simonides noster*] Quoniam David lyricis versibus scripsit Psalmos, et ab aliis scriptos cecinit, recenset poëtas lyricos ethnicorum, ad quorum distinctionem David Simonidem nostrum vocat. *O. H.*

*Alcaeus*] *Dilherr. Alceus* habet, et omittit vocabulum *que* post Flaccus.

*Serenus*] quos claros singulos poëtas superat. *Dilherr.* — Hic Serenus Sammonicus praeceptor fuit Gordiani Junioris, cuius meminit Capitolinus in vita Gordianorum, filius Sereni, cuius mentionem facit Spartianus. Ferunt et hodie extare nonnulla illius carmina: reliqui lyrici noti sunt. *O. H.*

ab in-

*his Domini*, mores corrigit, naturam docet, eccleſiam iungit, et Chriſtum, ſanctarumque nuptiarum dulce canit epithalamium. Heſter in eccleſiae typo populum liberat de periculo, et interfecto Aman, qui interpretatur iniquitas, partes convivii et diem celebrem mittit in poſteros. Paralipomenon liber, id eſt inſtrumenti veteris επιτομη, rautus ac talis eſt, ut absque illo ſi quis ſcientiam ſcripturarum ſibi voluerit arrogare, ſeipſum irrideat. Per ſingula quippe nomina iunctarasque verborum et praetermiſſae in Regum libris tanguntur hiſtoriae, et innumerabiles explicantur evangelii quaeſtiones. Esdras et Neemias adiutor videlicet et conſolator a Domino, in unum volumen coar-

---

N o t a e.

*ab inferis ſuſcitat*] Alluſit ad id, quod eſt in Pſalmo LVI. *exſurge gloria mea, exſurge pſalterium et cithara, exſurgam diluculo*. *O. H.*

*Solomon pacificus*] nam hoc Hebraeis ſonat.

*amab. D.*] 2 Reg. 12, 25. Id enim habraeis: ידידיה, jedidia ſignificat, quod nomen Salomoni a Nathan impoſitum eſt. *O. H.*

*mores corr.*] in parabolis. *Dilherr.*

*eccleſ. — epithal.*] in cantico. *Dilh.* epithalamium, id eſt: *carmen nuptiale*. Significat autem cantum myſticum.

*Paralipomenon*] graece ſonat: omiſſorum, ſive praetermiſſorum. *O. H.*

επιτομη] id eſt, compendium, ſive abbreviatio. *O. H.*

*quaeſtiones*] cum primis quoad genealogias. *Dilherr.*

*adiutor vid. et conſol.*] rurſum exponit hebraea nomina. *O. H.* — Ita interpretatur Iſidorus. Lib. VII. *Dilherr.*

*in unum volumen*] *Dilherr. in uno volumine* legit. — Apud Hebraeos Eſdrae et Neemiae ſermones in unum volumen coarctantur, ut teſtatur Hieronymus in praefatione ad Eſdram, ubi quae tertio et quarto referuntur, ſomnia vocat. Itaque duos primos libros unum faciunt Hebraei, reliquos duos non recipiunt. *O. H.*

coarctantur, instaurant templum, muros extruunt civitatis; omnisque illa turba populi redeuntis in patriam, et descriptio sacerdotum, Levitarum, Israelis, proselytorum per singulas familias: murorum ac turrium opera divisa, aliud in cortice praeferunt, aliud retinent in medulla. Cernis me scripturarum amore raptum excessisse modum epistolae: et tamen non impleſſe quod volui. Audivimus tantum, quid nosse, quid capere debeamus, ut et nos quoque possimus dicere: *concupivit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore.* Caeterum Socraticum illud impletur in nobis: *hoc tantum scio, quod nescio.*

Tangam et novum breviter Testamentum. Matthaeus, Marcus, Lucas et Ioannes, quadriga Domini, et verum Cherubim, quod interpretatur scientiae multitudo, per totum corpus oculari sunt, scintillae emicant, discurrunt fulgura, pedes habent rectos et in sublime tendentes, terga pennata

---

Notae.

coarctantur] id est: computantur pro uno libro. *Dilherr.*

per singul.] *Dilherr.* ac per sing. legit.

Retinent in medulla] ordine vocabulorum mutato legit *Dilh.* in medulla retinent.

Socraticum illud] *Dilherr.* mutat ordinem verborum &c. habet: *illud Socrat.*

scio, quod nescio] ambiguis verbis explicuit Socratis sententiam. *Quod* hic coniunctio est, non nomen. Sensus est: *hoc tantum scio, quod sum nescius, O. H.*

Testamentum] *Dilherr.* leg. *instrumentum.*

Cherubim] Hieronymus interpretatur: *scientiae multitudo:* quam interpretationem nullus recentiorum affert. *Edit.* — *Dilherr. Cherub.* habet.

multitudo] *Dilherr. pleniudo* legit.

ta et ubique volitantia. Tenent si unum: ubique perplexi sunt, et quasi rota in rota volvuntur, et pergunt quocunque eos flatus Sancti Spiritus perduxerit. Paulus Apostolus ad septem ecclesias scribit; octava enim ad Hebraeos a plerisque extra numerum ponitur. Timotheum instruxit ac Titum, Philemonem pro fugitivo famulo deprecatur; super quo tacere melius puto, quam pauca scribere. Actus Apostolorum nudam quidem sonare videntur historiam, et nascentis ecclesiae infantiam texere; sed si noverimus, scriptorem eorum: *Lucas est medicum, cuius laus est in Evangelio*, animadvertemus pariter omnia verba illius, animae languentis esse Medicinam. Iacobus, Petrus, Ioannes, Iudas Apostoli, septem epistolas ediderunt tam mysticas, quam succinctas, et breves pariter et longas, breves in verbis, et longas in sententiis, ut rarus sit, qui non in earum lectione

---

Notae.

*Sancti Sp.* ] mutato ordine vocab. *Spir. Sancti* legit *Dilherr.*

*perduxerit* ] huc accommodat visionem Ezech. cap. I. et X. *Dilherr.*

*eccles. scrib.* ] *scribit ecclesias Dilherr.* habet.

*octava enim ad Hebr.* ] in alio loco dixit, epistolam ad Hebraeos non recipi a Latinis, sicut nec Apocalypsin a Graecis. Nunc utrumque complectitur ecclesiae candor. *Opp. Hier.*

*Philem.* ] *Dilherr. et Philem.* habet.

*pro fugitivo* ] pro Onesimo. *Opp. Hier.*

*quo* ] scil. Paulo. *Dilherr.*

*melius tacere* ] *Dilherr.* mutat ordinem verborum, leg. *tacere melius.*

*sonare vid.* ] mutato ordine verb. leg. *Dilherr. videntur sonare.*

*Iudas* ] *Dilherr.* omittit vocab. *Apostoli.*

*ediderunt* ] *Dilherr.* fortassis errore typographico i. *viderant.*

ſtione caecutiat. Apocalypſis Ioannis tot habet ſacramenta, quot verba. Parum dixi; pro merito voluminis. Laus enim inferior eſt: In verbis ſingulis multiplices latent intelligentiae.

Oro te, frater chariſſime, inter haec vivere, iſta meditari, nihil aliud noſſe, nihil quaerere, nonne tibi videtur iam hic in terris regni coeleſtis habitaculum? Nolo offendaris in ſcripturis ſanctis ſimplicitate, et quaſi vilitate verborum: quae vel vitio interpretum, vel de induſtria ſic prolata ſunt, ut ruſticam concionem facilius inſtruerent, et in una eademque ſententia, aliter doctus, aliter audiret indoctus. Non ſum tam petulans et hebes, ut haec me poſſe pollicear, et eorum fructus capere, quorum radices in coelo fixae ſunt; ſed velle fateor. Sedenti me praefero. Magiſtrum renuenti, comitem ſpondeo. *Petenti dantur, pulſanti*

---

Notae.

*lectione caecut.*] legit *Dilherr.* mut. ord. vocab, *caecut. lect.*

*Parum — eſt*] *Dilherr.* legit: *parum dixi et pro merito laus omnis inferior eſt.*

*haec med.*] *iſta med.* habet *Dilherr.*

*nihil*] *Dilherr.* addit: *aliud:* et legit ſequentia: *vid. hic tibi iam in terris etc.*

*offendari*] *Dilherr. ut offendaris.*

*audiret*] alii legunt: *ſentiret; Dilherr.*

*indoctus*] doctus ſubtilius ſpeculatur; indoctus, pro ingenii, ſui modulo, facile verborum rapit ſimplicitatem. *Dilherr.*

*capere*] *Dilherr.* addit: *in terra.*

*fixae ſunt*] fructus ſcript. ſ. eſt intelligentia eius &c. radices eius ſunt in coelo, quia eſt θεοπνευςος. *Dilherr.*

*fateor*] *Dilherr. me fateor*, habet.

*comitem*] addit *Dilherr. me.*

*Petenti*] Matth. VII, 8.

*fanti aperitur, quaerens invehit.* Discamus in terris, quorum nobis scientia perseveret in coelo. Obviis te manibus excipiam, et ut inepte aliquid ac de Hermagorae tumiditate effundam, quidquid quaesieris, tecum scire conabor.

Habes hic amantissimum tui fratrem Eusebium, qui litterarum tuarum mihi gratiam duplicavit, referens honestatem morum tuorum, contemtum seculi, fidem amicitiae, amorem Christi. Num prudentiam et eloquii venustatem, etiam absque illa ipsa epistola praeferebat. Festina quaeso te, et haerentis in salo naviculae funem magis praecide quam solve. Nemo renuntiaturus seculo bene potest vendere, quae contemsit ut venderet. Quid-

Notae.

*nobis scientia*] *Dilherr.* mutato vocab. ord. *scient. nobis* legit.

*Hermagorae*] de hoc Valerius: Hermagoras primum se obtulit de omnibus quaestionibus responsurum, quem cives sui in tanta veneratione habuerunt, quantam Phoebi oracula mererentur. *Dilherr.* — Rhetor erat, quem citat aliquoties M. Tullius in opere de Inventione. *O. H.*

*tumiditate*] *timiditate* nonnulli Codices habent. Uterque sensus est tolerabilis. *Opp. Hier.*

*Num*] *Dilherr. nam* rectius legit.

*illa*] *Dilherr. illo* habet.

*haerentis*] *Dilherr. haerenti* legit.

*solve*] allegoria, quae summam significat festinationem. Nam haerente sive periclitante in salo vel mari navicula, funis, quo ligatur, non solvitur, quod cum mora quadam fit, sed praescinditur, quod cito fieri potest. *Dilh.*

*ut venderet*] id est: Nemo, qui seculo vult renuntiare, et totum se Deo et negotiis spiritualibus dicare, bene sive magno cum lucro vendere facultates suas potest aut debet, quas ipse vilipendit, earumque possessionem abdicat, ac eam ob causam aliis offert eas emiturientibus. *Dilherr.*

Quidquid in ſumptus de tuo tuleris, pro lucro computa. Antiquum dictum eſt: *Avaro tam deeſt, quod habet, quam quod non habet.* Credenti totus mundus divitiarum eſt. Infidelis etiam obelo indiget. *Sic vivamus tanquam nihil habentes, et omnia poſſidentes. Victus et veſtitus, divitiae Chriſtianorum ſunt.* Si habes in poteſtate rem tuam, vende: ſi non habes, proiice. *Tollenti tunicam et pallium relinquendum eſt.* Scilicet niſi tu ſemper recraſtinans, et diem de die trahens, caute et pedetentim tuas poſſeſſiunculas vendideris, non habet Chriſtus, unde alat pauperes ſuos. Totum Deo dedit, qui ſe ipſum obtulit. Apoſtoli navem tantum et retia relinquerunt. *Vidua duo aera miſit in gazophylacium* et praefertur Croeſi divitiis. Facile contemnit omnia, qui ſe ſemper cogitat eſſe moriturum.

Schema

Scholia ac notae.

*avaro tam*] Senecae dictum eſt, quod unum citat Gellius tanquam benedictum. *Opp. Hier.*

*totus mundus*] mundus hic ſignificat ſuppellectilem repoſitam, unde et mundum muliebrem dicimus. Totum integrum dixit. *Opp. Hier.*

*infidelis*] *Dilherr.* addit: *autem.*

*tanquam*] *Dilherr.* quaſi.

*Victus et*] Victus atque legit *Dilherr.*

*in poteſtate*] id eſt, ſi potes eſſe dominus rerum tuarum, ſi ipſis dominaris, et non ipſae tibi, ſed captivum quaſi tenent, et ad operas ſacras non admittunt. *Dilherr.*

*ſcilicet, niſi tu*] ſcilicet hic ironiam habet. *Opp. Hier.*

*ſe obtulit*] *ſe ipſum obtulit* habet *Dilherr.*

*navem tantum*] mutato vocab. ord. *Dilherr.* leg. *tantum navem.*

Schema ad verba in notis: *in pſalterio myſtice continentur;* (ſub loele.)



Sciendum autem, quod templum Salomonis fuerit altius, et ad illius portam quindecim deduxerint gradus. Cum autem feſta erant ſolenniora, Cantores per illos gradus aſcendebant, et in quolibet gradu cantabant unum ex iſtis Pſalmis, qui vocantur graduum. Nonnulli myſteria in iſtis Pſalmis latere ſcribunt. Sunt ibi tres quinarii; primum aiunt pertinere ad incipientes, alterum ad proficientes, tertium ad perfectos &c. *Dilherr.* — Sic bonus b. *Dilherr.* — Si quis ſit, cui placeat varias veterum interpretum ſententias de *Pſalmis graduum* collectas legere, evolvat librum, cui titulus eſt: *Tituli Pſalmorum* &c. auctore M. *Chriſtoph. Sonntagio*, Siluſiae 1687. p. 158. ſqq. *Knappius* *) vertit: *ein Lied nach der Wiederkehr: Eichhornius* **) vero: *Reiſelieder;* ego verterem cum aliis: *Wallfahrtslieder.*

III.

*) In libro, quem in ſcripſit: *die Pſalmen.* Halle, 1778. S. 2 6. *Edit.*

**) Vid. ei. introd. in V. T. T. III. p. 425. *Edit.*

III.

# HIERONYMVS SVNIAE ET FRETELAE.

ARGVMENTVM EPISTOLAE.

*Collatione voluminum facta docet, quibus in locis editio Septuaginta dissonat ab Hebraica veritate: et interpretibus caeteris inter se, ut saepe faciunt, discordantibus, indicat, quid potissimum sit sequendum. Hoc opus, quoniam reperi, satis diligenter emendatum opera Ioannis Cononis, viri litterarum Graecarum peritissimi, et quod ad huiusmodi negotium non minus habebat momenti, summa fide parique diligentia: praeterea clarissimi viri Ioannis Capnionis, postremo fratrum Amerbachionum: illorum studio contentus, non putavi meo labore opus esse. Respondet autem Germanis quibusdam, ostendens, quomodo restitui debeant depravata in psalmis, iuxta hebraicam veritatem, et Septuaginta editionem ab ipso Hieronymo sub asteriscis et obelis prius traditam.*

Opp. Tom. III. p. 53. edit. Trib.

Vere in vobis Apostolicus et Propheticus sermo completus est: *In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum* *). Quis hoc crederet, ut barbara Getarum lingua Hebraicam quaereret veritatem: et dormitantibus, imo contendentibus Graecis, ipsa *Germania*, Spiritus sancti eloquia scrutaretur? *In veritate cognovi, quoniam non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet Deum, et*



Notae

*) Psalm. 18, 5.

*operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi* *). Dudum calloſa tenendo capulum manus, et digiti tractandis ſagittis aptiores, ad ſtilum calamumque molleſcunt: et bellicoſa pectora vertuntur in manſuetudinem Chriſtianam. Nunc et Eſaiae vaticinium cernimus opere completum: *Concident gladios ſuos in aratra, et lanceas ſuas in falces, et non aſſumet gens contra gentem gladium, et non diſcent ultra pugnare* **). Rurſumque in eodem: *Paſcetur lupus cum agno et pardus requieſcet cum hoedo, et vitulus et leo et taurus paſcentur ſimul, et puer parvulus ducet eos: et bos et urſus in commune paſcentur, parvulique eorum pariter; et leo et bos comedent paleas.* Non ut ſimplicitas in feritatem tranſeat, ſed feritas diſcat ſimplicitatem. Quaeritis a me rem magni operis et maioris invidiae: in qua ſcribentis non ingenium, ſed eruditio comprobatur: ut dum ipſe cupio de caeteris iudicare, iudicandum me omnibus praebeam: Et in opere Pſalterii iuxta diſtinctionem ſchedulae veſtrae, ubicunque inter Latinos Graecosque contentio eſt, quid magis Hebraeis conveniat, ſignificem. In quo breviter illud admoneo, ut ſciatis, aliam eſſe editionem, quam Origenes, et Caeſarienſis Euſebius, omnesque Graeciae tractatores κοινὴν, i. e. communem appellant atque vulgatam, et a plerisque nunc λουκιανος dicitur; aliam LXX. interpretum, quae in ἑξαπλοις codicibus reperitur, et

Notae.

*) Act. 10, 34.

*pectora vertuntur*] Eſt lectio Mar. Vict. Real. in Schol. ad hanc ep. quum antea *revertuntur* legeretur.

**) Eſai. 2, 4.

et a nobis in latinum ſermonem fideliter verſa eſt, et Hieroſolymae atque in Orientis Eccleſiis decantatur. Super qua re et ſanctus filius meus *Avitus* ſaepe quaeſierat. Et quia ſe occaſio fratris noſtri *Firmi* Presbyteri dedit, qui mihi epiſtolam veſtram reddidit a vobis, ſcribens in commune reſpondeo, et me magno amicitiae libero foenore: quod quanto magis ſolvimus, plus debemus. Sicut autem in novo teſtamento, ſi quando apud Latinos quaeſtio exoritur, et eſt inter exemplaria varietas, recurrimus ad fontem Graeci ſermonis, quo novum ſcriptum eſt inſtrumentum: ita in veteri teſtamento, ſi quando inter Graecos Latinosque diverſitas eſt, ad Hebraicam recurrimus veritatem: ut quidquid de fonte proficiſcitur, hoc quaeramus in rivulis; κοινὴ autem iſta, hoc eſt, communis editio, ipſa eſt, quae et Septuaginta. Sed hoc intereſt inter utramque, quod κοινὴς pro locis et temporibus et pro voluntate ſcriptorum veterum corrupta editio eſt. Ea autem, quae habetur in ἑξαπλοις et quam nos vertimus, ipſa eſt, quae in Eruditorum libris incorrupta et immaculata, LXX. interpretum translatio reſervabatur. Quicquid ergo ab hac diſcrepat, nulli dubium eſt, quin ita et Hebraeorum auctoritate diſcordet. Prima de quinto

Notae.

*Hebraeorum auctoritate*] „Ubi correctorum temeritate, quibus ea, quae non intelligunt, emendando deprevare mos eſt, pronominis *eorum* loco, *Hebraeorum* nomen ſubſtitutum eſt; quum ſenſus ſit planiſſimus: ubicunque κοινὴ ſive communis editio aliam ab ea, quae in hexaplis *incorrupta et immaculata ſeptuaginta interpretum translatio habebatur*, lectionem exhiberet, nulli dubium eſſe potuiſſe,

to Pſalmo quaeſtio fuit: *neque habitabit iuxta te malignus;* pro quo habetur in Graeco: ϗ παροικησει σοι πονηρος, ſive πονηρευομενος, ut vulgata editio continet, et miramini, cur παροικιαν, id eſt, *incolatum* latinus interpres non verterit, ſed pro hoc poſuerit *habitationem*, quae Graece dicitur κατοικια, quod quidem in alio Pſalmo feciſſe convincitur. *Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt!*

Et in decimo quarto Pſalmo rurſum pro *incolatu*, *habitationem* poſuit: *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo?* Et ſciendum, quod ſi voluerimus dicere: Domine, quis *incolet* tabernaculum tuum; vel illud de quinto; neque *incolet* iuxta te malignus: perdet euphoniam: et dum interpretationis κακοζηλιαν ſequimur, omnem decorem translationis amittimus: et hanc eſſe regulam boni interpretis, *ut idioma alterius linguae, ſuae linguae exprimat proprietate*, quod quidem et Tullium in Protagara Platonis, et in Oeconomo Xenophontis, et in Demoſthenis contra Aeſchinem ora-

Notae.

potuiſſe, quin haec *ab eorum* (id eſt, ſeptuaginta interpretum) *auctoritate diſcordaret*;" ſic ſcribit *Uſſer.* in Syntagm. de LXX. interpr. verſ. Lipſ. 1695. 4. p. 35.

*Prima de quinto*] Omnia ab Hier. adducta Pſalmor. loca videas collectas apud *Uſſer.* l. c. in app. 1. duabus columnis, in quarum altera LXX. in altera vero Vulgat. legitur.

κακοζηλιαν] Mala imitatio κακοζ. dicitur, dum interpres verba potius, quam ſenſu ſectando, verſionem et ſenſu et verbis deformem reddit. ευφωνια autem eſt, quum ſive oratio ſive verbum auribus bene ſonat. *M. V. Real.* coll. quae de κακοζ. in epiſt. ad Pammach. annotata ſunt.

oratione feciſſe convincimus, et Plautum, Terentium, Caeciliumque eruditiſſimos viros in graecis compediis transferendis. Neque ex eo, quis linguam auguſtiſſimam putet, quod non poſſit verbum de verbo transferre, cum etiam Graeci pleraque noſtra per circumitus transferant: et verba hebraica non interpretationis fide, ſed linguae ſuae proprietatibus nitantur exprimere.

De eodem Pſalmo: *dirige in conſpectu meo viam tuam:* pro quo habetur in Graeco: κατευθυνον ενωπιον σου την οδον μου, hoc eſt, dirige in conſpectu tuo viam *meam:* quod nec LXX. habent, nec Aquila, nec Symmachus, nec Theodotio, ſed ſola κοινη editio. Denique et in hebraeo ita ſcriptum reperi: haieſar lephanai darcheho: הישר לפני דרכך, quod omnes voce ſimili transtulerunt: *dirige in conſpectu meo viam tuam:* ſecundum illud quod in oratione dominica dicitur: *Pater noſter, qui es in coelis, ſanctificetur nomen tuum:* non quod nobis orantibus ſanctificetur, quod per ſe ſanctum eſt: ſed quod petamus, ut quod per naturam ſui ſanctum eſt, ſanctificetur in nobis. Ergo et nunc propheta poſtulat, ut via Domini, quae per ſe recta eſt, etiam ſibi recta fiat.

De ſexto Pſalmo: *Erubeſcant et conturbentur vehementer omnes inimici mei:* et dicitis: *vehemen-*

Notae.

Pſ. 5, 9.] Nominat quidem epiſtolam Hieron. ad S. et Fretelam, et recte affert in nota q) ενωπιον σου την οδον μου, non eſſe lectionem των LXX, ſed της κοινης; omittit vero corrigere alias verſiones et των o; nam nullus eorum legit οδον μου, ſed οδον σου; et tamen tribuit O. Θ. lectionem οδον σου.

*hementer* in graeco non haberi. Scio, ſed hoc in editione vulgata. Caeterum in hebraeo habet *meod* מאד, id eſt, *vehementer*, et omnes σφοδρα ſimiliter transtulerunt.

De ſeptimo Pſalmo: *Iudica me, Domine, ſecundum iuſtitiam meam.* Pro quo habetur in Graeco: κατα την δικαιοσυνην σου, i. e. iuxta iuſtitiam *tuam:* ſed et in hoc male: in hebraeo autem zideki, צדקי habet, quod interpretatur *iuſtitia mea:* et non: zidekathecho צדקתך, quod *iuſtitiam tuam* ſonat. Sed et omnes Interpretes *iuſtitiam meam* voce ſimili transtulerunt. Nec cuiquam videatur temerarium, quod iudicari ſe ſecundum iuſtitiam *ſuam* poſtulat, cum et ſequens verſiculus hoc ipſum ſignificet: *et ſecundum innocentiam meam ſuper me.*

Et decimi ſexti Pſalmi hoc exordium ſit: *Exaudi, Domine, iuſtitiam meam.* Et in decimo ſeptimo quoque dicatur: *retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam, et ſecundum puritatem manuum mearum reddet mihi.* In vigeſimo quoque quinto Pſalmo ſcriptum ſit: *proba me, Domine, et tenta me, ure renes meos, et cor meum.* Et in quarto Pſalmo dicatur: *cum invocarem, exaudivit me Deus iuſtitiae meae.* Et in octogeſimo quinto Pſalmo: *Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus ſum.* Iacob quoque loquatur in Geneſi: *et exaudiet me cras iuſtitia mea.* In octavo Pſalmo: *quoniam videbo coelos tuos:*

Notae.

Pſ. 8, 4.] Θ. *coelos tuos;* quod omiſſum eſt in edit. *Edit.*

*tuos:* et dicitis quod *tuos* in graeco non habeatur. Verum eſt, ſed in hebraeo legitur ſamecha, שמיך quod interpretatur, *coelos tuos.* Et de editione Theodotionis in LXX. interpretibus additum eſt ſub aſteriſco: cuius rei breviter vobis ſenſum aperiam. Ubi quid minus habetur in Graeco ab hebraica veritate, Origenes de translatione Theodotionis addidit, et ſignum poſuit aſteriſcum, id eſt, ſtellam, quae quod prius abſconditum videbatur, illuminet, et in medium proferat. Ubi autem quod in hebraeo non eſt, in graecis codicibus invenitur, *obelon*, id eſt, iacentem praepoſuit virgulam, quam nos latine *veru* poſſumus dicere: quo oſtenditur iugulandum eſſe et confodiendum, quod in authenticis libris non invenitur: quae ſigna et in Graecorum Latinorumque poematibus inveniuntur.

In decimo ſexto Pſalmo: *oculi tui videant aequitates;* pro quo in graeco vos legiſſe dicitis, οι οφθαλμοι μȣ ιδετωσαν ευθυτητας, i. e. oculi *mei* videant aequitates: ſed rectius oculi *tui*, quia et ſupra dixerat: *de vultu tuo iudicium meum prodeat;* ut oculi Domini in propheta recta operante non prava, ſed recta conſpiciant. In ipſo: *Cuſtodi*

Notae.

*aſteriſcum* — i. e. *ſtellam*] quae habuit hanc figuram ⁂ aut ⁂.

*obelon* — *veru*] cui erat haec facies ⁂ aut ⁂. Cf. de aſteriſco atque obelo eiusque uſu Hieron. Praefat. in Pentat. verb.: *Editioni antiquae* &c. Praef. in L. Paral. verb.: *In editione LXX.* &c. Praef. in L. Iob. verb.: *Omnia V. Inſtrumenti* &c. Epiſt. ad Auguſt. verb.: *Ubicunque virgulae* &c. et Praef. Comment. in Daniel. verb.: *Origenes de Theodotionis* &c.

*di me, ut pupillum oculi;* dicitis in graeco legi φυλαξον με κυριε ως κορην οφθαλμου, id eſt, cuſtodi me, Domine, ut pupillum oculi, quod nec in hebraeo, nec ullo habetur interprete. In eodem: *Exſurge, Domine, praeveni eum et ſupplanta eum;* pro quo in Graeco ſit, αναστηθι κυριε, προφθασον αυτους και υποσκελισον αυτους, i. e. exſurge domine, praeveni *eos* et ſupplanta *eos*. Sed melius, ſi legatur in numero ſingulari: ſi quidem de impio dictum eſt, de quo ſtatim ſequitur: *praeveni eum et ſupplanta eum;* eripe ab impio animam meam; nullique dubium, quin diabolum ſignificet.

Decimo ſeptimo Pſalmo: *Grando et carbones ignis;* Et quaeritis, cur Graeci iſtum verſiculum ſecundo non habeant interpoſitis duobus verſibus? Sed ſciendum, quia de hebraico, et de Theodotionis editione, in ſeptuaginta interpretatione ſub aſteriſco additum ſit. In eodem: *Qui perficit pedes meos, tanquam cervorum:* pro quo ſcribitis in Graeco inveniri, καταρτιζομενος τους ποδας μου ωσει ελαφου, id eſt, qui perficit pedes meos tanquam *cervi;* ſingularem numerum pro plurali. Sed in hebraeo pluralis numerus poſitus eſt, caialoth כאילות, et omnes interpretes pluralem numerum transtulerunt. In eodem: *Et dediſti mihi protectionem ſalutis tuae:* pro quo in graeco vos legiſſe dicitis: και εδωκας μοι υπερασπισμον σωτη-

---

Notae.

*tanquam cervorum*] male *Bahrdt.* l. c. p. 122. O. ωσει ελαφου, quum teſte Hier. *omnes* interpretes pluralem ſecundum veritatem hebraicam poſuerunt; et lectio in ſingulari tantum eſt lectio Αλλ. *Edit.*

σωτηρίας μου, id est, et dedisti mihi protectionem salutis *meae*. Sed in hebraeo jesacha, ישעך salutis *tuae* significat, non *meae*, quod et omnes interpretes transtulerunt. In ipso: *Supplantasti insurgentes in me, subtus me.* Pro quo in graeco plus inveniſſe vos dicetis: συνεπόδισας πάντας τους επανισταμένους επ' εμε, id est, supplantasti *omnes* insurgentes in me: sed *omnes* additum est. In eodem: *Vivit Dominus, et benedictus Deus meus.* Et dicitis in Graeco non haberi meus, ζη κυριος και ευλογητος ο θεος, id est, vivit Dominus et benedictus Deus: quod non sub asteriſco, sed ab ipsis Septuaginta de hebraica veritate translatum est, et cuncti interpretes in hac parte consentiunt. In eodem: *Liberator meus de gentibus iracundis.* Pro quo in graeco vos inveniſſe dicitis, ρυστης μου εξ εχθρων μου δυνατων, id est, Liberator meus ab inimicis meis fortibus sive potentibus. Et quia semel veritati studemus, si quid vel transferrentis festinatione, vel scribentium vitio depravatum est, simpliciter confiteri, et emendare debemus. In hebraeo nihil aliud habetur, nisi hoc: *liberator meus ab inimicis meis;* Septuaginta autem *iracundis* addiderunt. Et pro *gentibus* tam in hebraeo, quam in cunctis interpretibus, *inimici* positi sunt: et miror, quomodo pro *inimicis gentes* mutatae sunt.

De decimo octavo: *Exultavit, ut gigas ad currendum viam suam:* et dicitis, quod in Graeco *suam* non habeatur, αγαλλιασωται ως γιγας δραμειν

Notae.

Pſ. 17, 49.] Αλλ. poſt εξ εχθρων μου add. δυνατων.

μεν οδον, id eſt, exultabit ut gigas currere viam: ſed hoc pos ſub veru additum reperimus, et in hebraeo non eſſe, manifeſtum eſt.

De decimo nono: *tribuat tibi ſecundum cor tuum;* et dicitis, in graeco vos in hoc verſiculo additum nomen *Domini* reperiſſe, δωη σοι κυριος, i. e. tribuat tibi *Dominus;* quod ſuperfluum eſt: quia ex ſuperioribus απο νοτα ſubauditur; unde coepit et pſalmus: *Exaudiat te Dominus in die tribulationis;* ut et hic ſub eodem ſenſu dicatur: *Tribuat tibi ſecundum cor tuum,* id eſt, ipſe Dominus, de quo ſupra dictum eſt. In eodem: *Exaudi nos die, qua invocaverimus te:* pro quo legiſſe vos dicitis, εν η αν, id eſt, *in quacunque;* ſed ſuperius cum hebraica veritate concordat; ubi ſcriptum eſt, beiom ביום, id eſt, in die.

De viceſimo primo: *Tu autem, Domine, ne elongaveris auxilium tuum;* dicitis, inveniſſe vos, *meum:* quod et verum eſt, et ita corrigendum. Neque enim, ſi quid ſcriptorum eſt errore mutatum, ſtulta debemus contentione defendere. In eodem: *univerſum ſemen Iacob magnificate eum:* pro quo in Graeco ſcriptum ſit: απαν το σπερμα Ιακωβ δοξασατε αυτον, id eſt, glorificate eum. Sed ſciendum, quod ubicunque in Graeco δοξασατε, id eſt, *glorificate*, ſcriptum ſit, Latinus interpres *magnificate* transtulerit: ſecundum illud, quod in Exodo dicitur: *cantemus Domino: glorioſe enim magnificatus eſt*, pro quo in Graeco ſcribitur δεδοξασται, id eſt, glorificatus eſt. Sed ſi in Latino transferatur, fit indecora translatio:

tio: et nos emendantes psalterium olim, ubicunque sensus idem, veterum interpretum consuetudinem mutare noluimus, ne nimia novitate, lectoris studium terreremus.

De vicesimo secundo: *Calix meus inebrians quam praeclarus est.* Pro quo in Graeco legisse vos dicitis: ποτηριον σε; id est, *calix tuus.* Sed in κοινη hoc error obtinuit. Caeterum et Septuaginta, et hebraei et omnes interpretes, *calix meus* habent, et hebraice dicitur chosi, כוסי. Alioqui si *calix tuus* esset, diceretur choscha, כוסך.

In vicesimo quarto: *confudantur omnes iniqua agentes:* et dicitis, quod *omnes* in graeco non habeatur, αισχυνθητωσαν οι ανομουντες, id est, confudantur iniqua agentes, et bene: nam nec in Hebraeo habetur, sed in septuaginta sub veru additum est. In eodem: *innocentes et recti adhaeserunt mihi, quia sustinui te:* et dicitis, in graeco vos reperisse: οτι υπεμεινα συ κυριε, id est, quia sustinui te *Domine*, quod superfluum est.

De vicesimo sexto: *et nunc exultavit caput meum, super inimicos meos:* pro quo in Graeco vos

---

Notae.

*calix meus*] *Bahrdt.* l. c. p. 128. habet, Σ. Ο. ς. ποτηριον σε; quum tamen haec sit lectio της κοινης, quod annotare omisit *Bahrdtius.* O. et omnes interpretes habent: μου, ut affirmat Hieron.

οι ανομουντες] p. 130. l. c. sic leg. O. αισχυνθητωσαν οι ανομουντες —÷— παντες. Teste Hieronymo citata epistola.

*sub veru add. est in sept.*] *Bahrdt.* itaque tali modo legendus: p. 48. secundum tententiam Hieron. l. c. O. πλην ματαην —÷— ταρασσεται | πας ανθρωπος.

vos inveniſſe dicitis: και νυν ιδε υψωσε κεφαλην μου, id eſt, et nunc exultavit caput meum; ſed *ecce* ſuperfluum eſt. In eodem: *exquiſivit facies mea:* pro quo in Graeco poſitum ſit, εξεζητησε σε το προσωπον μου; id eſt, quaeſivit *te* facies mea, ſed melius ſuperius eſt.

De viceſimo ſeptimo: *exaudivi vocem deprecationis meae:* pro quo vos inveniſſe dicitis: εισακουσον κυριε, id eſt, exaudi *Domine*, ſed in hoc additum eſt.

Vioeſimo octavo: *et in templo eius omnes dicent gloriam:* pro quo in Graeco και εν τω ναω αυτου πας τις λεγει δοξαν, id eſt, et in templo eius omnis quis dicit gloriam. Quodſi transferre voluerimus ad verbum *omnis quis*, in κακοζηλιαν interpretationis incurrimus, et fit abſurda translatio. In eodem: *Dominus diluvium inhabitare facit:* pro quo vos legiſſe dicitis: κυριος τον κατακλυσμον κατοικει, id eſt, Dominus diluvium inhabitat: quorum prius pertinet ad gratiam credentium, ſecundum ad eius, in quo credunt, habitaculum. Sed quia Ioſab ישב verbum ambiguum eſt, et poteſt utrumque ſonare: nam ſeſſio et habitatio dicitur, et in ipſo pſalmo de gratia baptiſmatis dicitur: *vox domini ſuper aquas multas;* et: *vox domini praeparantis cervos, et revelavit condenſa, et in templo eius omnis dicet gloriam;* de ipſis ſentiri voluimus, qui glorificant Dominum et interpretati ſumus: dominus diluvium inhabitare facit.

De triceſimo: quoniam tu es protector meus. Rurſum et in hoc loco additum eſt nomen *domini*,

*ni*, υπερασπιστης μου κυριε, id eſt, quoniam tu es protector meus *Domine*. Et ne eadem inculcem, obſervare deberis nomen *domini* et *Dei* ſaepiſſime additum: et id vos debere ſequi, quod de hebraico et de ſeptuaginta interpretibus emendavimus. In eodem: *ego autem dixi in exceſſu mentis meae:* pro quo in latinis codicibus legebatur *in pavore meo*, et nos iuxta graecum tranſtulimus εν τη εκσασει μου, id eſt, in exceſſu mentis meae. Aliter enim latinus ſermo εκσασιν exprimere non poteſt, niſi mentis exceſſum. Aliter me in Hebraico legiſſe noveram, ſtupore et admiratione mea.

Triceſimo primo: *Nec eſt in ſpiritu eius dolus.* Pro quo in Graeco vos legiſſe dicitis: και ουκ εστιν εν τω στοματι αυτου δολος, id eſt, neque eſt in ore eius dolus, quod ſolus Symmachus poſuit. Alioquin et ſeptuaginta Interpretes et Theodotion, et quinta et ſexta editio, et Aquila, et ipſum hebraicum *in ſpiritu eius* habet, quod hebraice dicitur ברוחו, berucho. Sin autem eſſet, *in ore eius dolus*, ſcriberetur בפיו, bepif. In eodem: *converſus ſum in aerumna mea.* In Graeco, *mea*, non eſſe ſuggeritis; εστραφην εις ταλαιπωριαν: εν τω εμπαγηναι μοι ακανθαν, id eſt, converſus ſum in aerumna, dum configitur mihi ſpina: quod ex hebraico et translatione Theodotionis, ſub aſteriſco additum eſt: et in hebraico legitur leſaddi לשדי.

Trigeſimo quarto: *omnia oſſa mea dicent Domine.* Pro quo bis *Domine* inveniſſe vos dicitis,

Notae.

*Nec eſt in ſpiritu eius dolus*] coll. Pſ. 138, 4.

tis, παντα τα οστα μου ερουσι, κυριε, κυριε, id eſt, omnia oſſa mea dicent *Domine, Domine.* Sed ſciendum, quod multa ſunt exemplaria apud Hebraeos, quae ne ſemel quidem *Dominum* habent.

Trigeſimo ſexto: *et viam eius volet:* et in Graeco *volet nimis* vos legiſſe dixiſtis θελησει σφοδρα, id eſt, et viam eius volet *nimis*, quod additum eſt, nec apud quenquam habetur interpretum.

Trigeſimo octavo: *Veruntamen vane conturbatur omnis homo vivens:* et dicitis, in Graeco vos non inveniſſe *conturbatur* πλην τα συμπαντα ματαιοτης πας ανθρωπος ζων, id eſt, veruntamen univerſa vanitas, omnis homo vivens. Sed et hoc ſub veru additum eſt in Septuaginta. Et hinc apud vos, et apud plerosque error exoritur, quod ſcriptorum negligentia, virgulis et aſteriſcis ſubtractis, diſtinctio univerſa confunditur.

Triceſimo nono: *et legem tuam in medio cordis mei.* Pro quo in Graeco comperiſſe vos dicitis, και τον νομον σου, εν μεσω της κοιλιας μου, id eſt, et legem tuam in medio *ventris* mei, quod in hebraeo ſcriptum eſt: בתוך מעי betoch meai. Sed propter euphoniam apud latinos *in corde* translatum eſt, et tamen non debemus ſubtrahere, quod verum eſt.

In

Notae.

Pſ. 38, 12.] *Bahrdt.* l. c. p. 148. ad l. c. O. + ταρασσεται, legend.

Pſ. 39, 14.] *Bahrdt.* l. c. p. 150. ad l. c. O. μοι προσχες. Hieron. habet προσχευς.

In eodem: *Domine in adiutorium meum reſpice.* Pro quo in Graeco reperiſſe vos dicitis: κυριε εις το βοηθησαι μοι σπευσον, id eſt: domine ad adiuvandum me feſtina. Sed apud Septuaginta προσχες, id eſt: reſpice, ſcriptum eſt.

Quadrageſimo: *et ſi ingrediebatur, ut videret*, et dicitis, quod *ſi* in Graeco non ſit poſitum, και εισεπορευετο τε ιδειν, id eſt, et ingrediebatur, ut videret: cum manifeſtiſſime et in hebraeo et in cunctis interpretibus ſcriptum ſit, et in ſeptuaginta transtulerint.

Quadrageſimo primo: *Salutare vultus mei, Deus meus.* Pro quo inveniſſe vos dicitis; σωτη τε προσωπε με, και θεος με, id eſt, ſalutare vultus mei et Deus meus. Sed ſciendum eſt, hoc in iſto pſalmo bis inveniri; et in primo poſitum eſſe, *ſalutare vultus mei, Deus meus.* In ſecundo autem, id eſt, in fine ipſius pſalmi, *ſalutare vultus mei*, et Deus meus: ita duntaxat, ut et coniunctio, de hebraeo et Theodotione ſub aſteriſco addita ſit.

In eodem: *exprobraverunt mihi, qui tribulant me.* Pro quo inveniſſe vos dicitis, ωνειδιζον με οι εχθροι με, id eſt, exprobraverunt mihi inimici mei, cum et apud Septuaginta ſcriptum ſit: οι θλιβοντες με. Et apud hebraeos צוררי ſorerai, id eſt, hoſtes mei.

In eodem: *ſpera in eo, quoniam adhuc confitebor illi:* et dicitis: *adhuc* in graeco non inveniri: οτι εξομολογησομαι αυτω, id eſt, ſpera in

eum, quoniam confitebor illi: quod ſub aſteriſco additum eſt: ita enim et in hebraeo ſcriptum reperimus כי עוד chi od, quod ſignificat ὅτι ἔτι, latineque dicitur *adhuc*. Hoc etiam ipſum et in quadrageſimo ſecundo intelligendum eſt in ultimo verſu.

Quadrageſimo tertio: *et non egredieris in virtutibus noſtris*; pro quo in Graeco vos reperiſſe dicitis: καὶ οὐκ ἐξελεύσῃ ὁ θεὸς ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν, id eſt: et non egredieris Deus in virtutibus noſtris, ſed Deus ſuperfluum eſt.

In ipſo: *poſuiſti nos in ſimilitudinem gentibus*. Pro quo in Graeco ſcriptum eſt: ἔθου ἡμᾶς εἰς παραβολὴν ἐν τοῖς ἔθνεσιν. Sed ſi dictum fuiſſet in Latino, *in ſimilitudinem in gentibus*, κακόφωνον eſſet. Et propterea absque damno ſenſus, interpretationis elegantia conſervata eſt. Alioquin in hebraeo ita ſcriptum reperi, teſimenu moſel bagoem תְּשִׂימֵנוּ מָשָׁל בַּגּוֹיִם, id eſt, poſuiſti nos proverbium in gentibus.

In eodem: *exſurge, adiuva nos*. Pro quo more ſolito in Graeco *Domine* additum eſt, ἀνάστα κύριε βοήθησον ἡμῖν, id eſt, exſurge Domine, adiuva nos.

Quadrageſimo quarto: *Sagittae tuae acutae*. Pro quo in Graeco legiſſe vos dicitis, τὰ βέλη σου ἠκονημένα δυνατε, id eſt, ſagittae tuae acutae potentiſſime, ſed hoc male, et de ſuperiori tertio verſiculo additum eſt, in quo legitur. Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime, id eſt, ἐπὶ τὸν μηρόν σου δυνατε.

Qua-

Quadrageſimo ſeptimo: *quoniam ecce reges congregati ſunt.* Pro quo in Graeco legiſſe vos dicitis, οτι ιδε οι βασιλεις αυτης συνηχθησαν, id eſt, quoniam ecce reges *eius* congregati ſunt: quod ſuperfluum eſſe, ipſe lectionis textus oſtendit; et in veteribus latinorum codicibus ſcriptum erat *reges terrae;* quod nos ſuſtulimus, quia nec in hebraeo, nec in ſeptuaginta reperitur.

In ipſo: *ſicut audivimus, ſic vidimus;* pro quo in Graeco reperiſſe vos dicitis, καθαπερ ηκουσαμεν ουτως και ειδομεν, id eſt, ſicut audivimus, ita *et* vidimus; quod ſuperfluum eſt. Legitur enim in hebraeo, chen rainu, כן ראינו, quod interpretatur, ουτως ειδομεν, hoc eſt, ſic vidimus.

In eodem: *ſuſcepimus Deus miſericordiam tuam, in medio templi tui;* pro eo, quod nos de hebraico et ſeptuaginta interpretibus vertimus, *templi tui*, id eſt, ναυ συ, in Graeco legiſſe vos dicitis λαυ συ, id eſt, *populi tui*, quod ſuperfluum eſt. In hebraico enim ſcriptum eſt היכלך hechalecho, id eſt, ναυ συ, hoc eſt *templi tui*, et non עמך amecha, quod *populum tuum* ſignificat.

Quadrageſimo octavo: *homo cum in honore eſſet;* pro quo in Graeco vos inveniſſe dicitis: et homo, cum in honore eſſet, και ανθρωπος εν τιμη ων. Sed ſciendum, quod iſte verſiculus bis in



Notae.

Pſ. 47, 5. βασιλ. αυτης] Sic legit Αλλ. teſte Hier. et videtur lectio ο ων: βασ. της γης, ex non intellecto vocabulo αυτης, mutaverunt in: της γης: quam lectionem multi vet. Lat. Codd. ut Hieron. affirmat, ſecuti ſunt.

hoc pſalmo ſit: et in priori additum habeat *et* coniunctionem, in fine non habeat.

In eodem: *et dominabuntur eorum iuſti.* Pro iuſtis, οἱ εὐθεῖς, id eſt, rectos, in Graeco vos legiſſe dicitis, ſed hoc propter euphoniam ita in latinum verſum eſt. Alioquin et in eo loco, ubi ſcriptum legimus: *ecce ſcriptum eſt in libro* εὐθεων, iuſtorum intelligimus librum, et non debemus ſic verbum de verbo exprimere, ut, dum ſyllabas ſequimur, perdamus intelligentiam.

In eodem: *de manu inferi cum liberaverit me.* Pro quo in Graeco legiſſe vos dicitis, ἐκ χειρος ἅδε οταν λαμβανη με, id eſt, de manu inferi cum acceperit me. Quod quidem et nos de ſeptuaginta ita vertimus, et miror, quomodo in veſtro codice depravatum ſit.

Quadrageſimo nono: *ſedens adverſus fratrem tuum loquebaris.* Pro quo in Graeco legiſſe vos dicitis, καθημενος κατα τε ἀδελφε σε κατελαλεις: et putatis, non bene verſum, quia diximus: adverſum fratrem tuum loquebaris: et debuiſſe nos dicere, adverſum fratrem tuum detrahebas, quod vitioſum eſſe, et in lingua non ſtare, etiam ſtultis patet. Nec ignoramus, quod καταλαλια dicatur detractio, quam ſi voluerimus ponere, non poſſumus dicere *adverſus* fratrem tuum detrahebas, ſed *de* fratre tuo detrahebas. Quodſi fecerimus: rurſum contentioſus calumniator verborum inquiret: quare non dixerimus, κατα τε ἀδελφε σε, hoc eſt, *adverſus* fratrem tuum. Haec ſuperflua ſunt, et non debemus putida nos verborum

borum interpretatione torquere, cum damnum non ſit in ſenſibus: quia unaquaeque lingua, ut ante diximus, ſuis proprietatibus loquitur.

In ipſo: *ne quando rapiat, et ſit, qui eripiat*; et in Graeco vos reperiſſe dicitis, *και ο μη η*, id eſt, *nec ſit*, qui eripiat; quod et a vobis verſum eſt, et in noſtris codicibus ſic habetur: et miror, quomodo vitium librarii dormitantis ad culpam referatis interpretis, niſi forte fuerit, ne quando rapiat, nec ſit, qui eripiat: et ille pro *nec*, et ſcripſerit.

In eodem: *Sacrificium laudis honorificabit me*: pro quo in Graeco ſcribitur, *θυσια αινεσεως δοξασει με*, id eſt, glorificabit me: de quo et ſupra diximus. Et in evangelio in eo loco, ubi in Graeco legimus: *και νυν δοξασον με συ πατερ, παρα σεαυτω τη δοξη, η ειχον προ του τον κοσμον ειναι παρα σοι*: in Latino ſcribitur: *et nunc clarifica me, tu pater, apud temetipſum claritate, quam habui priusquam mundus eſſet apud te.* Noluimus igitur immutare, quod ab antiquis legebatur, quia idem ſenſus erat.

In quinquageſimo quarto: *expectabam enim, qui ſalvum me fecit*; et dicitis, vos inveniſſe in Graeco, *προσεδεχομην τον θεον τον σωζοντα με*, id eſt, expectabam *Deum* ſalventem me, quod additum eſt.

In eodem: *a puſillanimitate ſpiritus*, et in Graeco inveniſſe vos dicitis, *απο ολιγοψυχιας*, quod

Notae.

*απο ολιγ.*] A. Σ. Θ. Ε. *απο πνευματος* apud *Bahradium* legi debet.

quod proprie pusillanimitas dicitur. Sed sciendum, quod pro ολιγοψυχια Aquila et Symmachus et Theodotion, et quinta editio interpretati sunt απο πνευματος, id est, *a spiritu*, et in hebraeo scriptum est מרוח, meruah. Omnisque sensus ita apud eos legitur: *Festinabo, ut salver a spiritu tempestatis et turbinis.*

In eodem: *quoniam si inimicus maledixisset mihi:* in Graeco ωνειδισε με, hoc est, opprobrasset me, positum est. Sed inter maledicta et opprobria sensum non discrepare, perspicuum est.

De quinquagesimo quinto: *quoniam multi bellantes adversum me:* ab altitudine diei timebo. Et dicitis in Graeco vos invenisse, οτι πολλοι πολεμουντες με απο υψους ημερας ε φοβηθησομαι, id est, *non* timebo, quod additum est: et est ordo: quoniam multi dimicant adversum me: idcirco ego ab altitudine diei timebo: hoc est, non bellantes adversum me, sed tuum excelsum timebo lumen.

In ipso: *in ira populos confringes*, pro quo in Graeco legitur: εν οργη λαους καταξεις, id est, confringes: et apud Latinos pro eo, quod est *deicies*, id est, καταβαλεις, male error obtinuit καταξεις, id est, in ira populos confringes. Nam et in Hebraeo יהורד hored habetur, id est καταβιβασον, quod nos possumus dicere *depone*, et Symmachus interpretatus est καταστειλαι.

Quinquagesimo octavo: *quia Dominus susceptor meus.* Pro quo in Graeco positum est, οτι συ θεος αντιλημπτωρ μου ει, id est, quia tu, Deus, susceptor meus *es.* Sed sciendum, quod

in

in hebraeo nec *es* eſt ſcriptum, nec *tu*, et apud Septuaginta ſolos inveniri.

In ipſo: *Deus meus voluntas eius praeveniet me.* Pro quo in Graeco ſcriptum eſt, ο θεος μου το ελεος αυτου προφθασει με, id eſt, Deus meus miſericordia eius praeveniet me: quod et verius eſt. Sed in Hebraeo ſcriptum eſt: *Dei mei miſericordia praeveniet me.*

In eodem: *Deus oſtendet mihi inter inimicos meos.* Pro quo in Graeco poſitum eſt, ο θεος μου δειξει μοι εν τοις εχθροις, id eſt, Deus meus oſtendet mihi in inimicis meis, ſed *meus* additum eſt.

In eodem: *ne occidas eos, ne quando obliviſcantur populum tuum.* Pro quo in Graeco ſcriptum eſt, μηποτε επιλαθωνται του νομου σου, id eſt, ne quando obliviſcantur legis tuae. Sed in Septuaginta et in hebraeo non habetur *populi tui*, ſed *populi mei*; et a nobis ita verſum eſt.

In eodem: *et ſcient, quia Dominus dominabitur Iacob finium terrae.* Pro quo in Graeco ſcriptum eſt, και γνωσονται, οτι ο θεος δεσποσει του Ιακωβ και των περατων της γης, id eſt, et noſcent, quoniam Dominus dominabitur Iacob et finium terrae. Sed coniunctio *et* addita eſt: et ordo eſt: *ſcient, quia Deus Iacob dominabitur finium terrae.*

In quinquageſimo nono: *quis deducet me in civitatem munitam? quis deducet me usque in Idumaeam?*

---

Notae.

*ſed in Septuaginta*] aliter habet *Behrds*, quum lectionem του νομου τοις ο attribuat, quae lectio in Codd. tantum adverſis. Hier. nec legerunt σου, ſed μου.

*maeam?* Pro quo habetur in Graeco, *η τις οδηγησει με εως της Ιδουμαιας*, id eſt, aut quis deducet me, ſed ſuperfluum eſt *aut.*

In ſexageſimo: *quoniam* tu, *Deus meus, exaudiſti orationem meam.* Pro quo in Graeco legitur, *οτι συ ο θεος εισηκουσας των ευχων μου*, id eſt, quia tu Deus exaudiſti orationem meam: quod non habetur in hebraeo, nec in ſeptuaginta interpretibus: et in Latino additum eſt.

In eodem: *ſic pſalmum dicam nomini tuo in ſeculum ſeculi.* Pro quo in Graeco ſcriptum ſit, in ſecula, *ουτως ψαλω τω ονοματι σου εις τας αιωνας*, id eſt, ſic pſallam nomini tuo in ſecula: et in Hebraeo ſemel habet לעד, lòad, id eſt in aeternum, et non לעולם leolam, id eſt in ſeculum.

In ſexageſimo primo: *quia Deus adiutor noſter in aeternum.* Pro quo in Graeco ſit, *ο θεος βοηθος ημων*, id eſt, quia Deus adiutor noſter: ergo in aeternum, obelus eſt.

In ſexageſimo ſecundo: *ſitivit tibi anima mea;* pro quo in Graeco ſit: *εδιψησα σε η ψυχη μου*, id eſt, ſitivit *te* anima mea. Sed in Hebraeo non habetur אתך ato, quod ſignificat *te;* ſed לך lecho, quod ſignificat *tibi*, quod et omnes interpretes transtulerunt. Ergo ſecundum linguae proprietatem verſum eſt in Latinum.

In ſexageſimo tertio: *ſagittae parvulorum factae ſunt plagae eorum.* Pro quo in Graeco βε-

---

N o t a.

*οτι συ ο θεος* &c.] non eſt lectio *των ο*, ut *Bolzbius* vult p. 187. mutatis vocabulis *συχων* in *προσευχην*.

λος νηπιων εγενηθησαν αι πληγαι αυτου, id est, sagitta parvulorum factae sunt plagae eorum. Sed si sic dicamus, non resonat in Latino. Sagitta parvulorum factae sunt plagae eorum.

In sexagesimo quarto: *qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius.* In Graeco: ο συνταρασσων το κυτος της θαλασσης, ηχους κυματων αυτης τις υποτησεται, id est, qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius: et est additum: *quis sustinebit*: quod superfluum est: subauditur enim, qui conturbas profundum maris; et conturbas sonum fluctuum eius.

In eodem: *Parasti cibum illorum: quoniam ita est praeparatio eius.* Et dicitis, quod in Graeco non sit, *eius*: οτι ουτως η ετοιμασια, id est, quoniam ita est praeparatio: cum in Hebraeo תכינה techineoh, manifeste *praeparationem eius* significet. Eius autem, id est, terrae; de qua supra dixerat: *Visitasti terram et inebriasti eam.*

In sexagesimo quinto: *Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum.* Pro quo dicitis invenisse vos, μετα θυμιαματος και κριων, id est, cum incenso et arietibus: sed male. In Hebraeo autem scriptum est, עם קטרת אלים im katoroth elim: quod interpretatur μετα θυμιαματος των κριων, id est, cum incenso arietum.

In eodem: Propterea exaudivit Deus. Pro quo in Graeco invenisse vos dicitis, δια τουτο εισηκουσε

Notae.

אלים Hier. אלים; quod κριων versum est ab Hieronym. *Bahrdt.* p. 195. καιριων (melius κερεινων).

κυσε μυ θεος, προσεχε τη φωνη της δεησεως μυ, id est, propterea exaudivit me Deus, intendit voci deprecationis meae: ubi, *me*, superfluum est.

In sexagesimo septimo: *exultare in conspectu eius*. Pro quo in Graeco invenisse vos dicitis: και αγαλλιασθε ενωπιον αυτυ, id est, et exultare in conspectu eius: quod ita versum est a nobis: sed a quo in vestro codice corruptum sit, scire non possumus.

In eodem: *etenim non credunt inhabitare Dominum*. Pro quo in Graeco vos legisse dicitis: και γαρ απειθυντας τυ κατασκηνωσαι, id est, etenim non credentes inhabitare, quod utrumque falsum est. Nos enim transtulimus: etenim non credentes inhabitare Dominum: ut hic sensus: et pendeat ex superioribus: Ascendisti in altum, cepisti captivitatem, accepisti dona in hominibus, et eos, qui non credebant, Deum inhabitare posse mortalibus.

In eodem: *benedictus Dominus die, quotidie*, pro quo dicitis in Graeco legi, κυριος ο θεος ευλογητος κυριος ημεραν καθ' ημεραν, id est, Dominus Deus benedictus, benedictus Dominus die quotidie. Sed melius et verius est quod supra.

In eodem: *viderunt ingressus tui Deus*: pro quo in Graeco scriptum sit: εθεωρηθησαν αι πορειαι συ ο θεος, id est, visi sunt ingressus tui Deus, quod in hebraeo ita habet: ראו הליכותיך אלהים, rau helicothecho Elohim, quod Aquila et Symmachus et Theodotio et quinta sextaque editio interpretati sunt: viderunt itinera tua Deus: et

quod

quod ſequitur: Itinera Dei mei regis, qui eſt in ſancto. Ergo a vobis ita legendum eſt: viderunt ingreſſus tuos Deus: et ſcriptoris vitium relinquendum eſt, qui nominativum poſuit pro accuſativo; licet in ſeptuaginta et in ἑξαπλοις ita reperim: εθεωρησαν τας πορειας σου; et pro eo quod eſt, εθεωρησαν, hoc eſt, viderunt, in multis codicibus habetur εθεωρηθησαν, quod et obtinuit conſuetudo.

In eodem: *ingreſſus Dei mei, qui eſt in ſancto;* ſubauditur, viderunt ingreſſus Dei mei et regis mei. Quod autem dicitis, *mei*, in rege non appoſitum, apertiſſimi mendacii eſt. Secundo enim ponitur: *et Dei mei et regis mei*, blandientis affectu: ut qui omnium Deus et rex eſt, ſuus ſpecialiter Deus fiat, et rex merito ſervitutis. Denique in Hebraeo ſcriptum habes אלי מלכי eli malki, quod Deum meum et regem meum ſignificat.

In eodem: *regna terrae cantate Deo, pſallite Domino.* Et dicitis, hoc in iſto verſiculo non eſſe ſcriptum: *pſallite Domino:* quoniam ſtatim ſequitur poſt diapſalma: *pſallite Deo, qui aſcendit ſuper coelum coeli ad Orientem:* cum iſte verſiculus magis habere debeat iuxta hebraicam veritatem: *Cantate Deo, pſallite Domino*, et illud, quod ſequitur in principio verſus alterius: *pſallite Domino;* non ſit in libris authenticis, ſed obeli lo praenotatum. Ergo et vos legite magis ea, quae vera ſunt; ne dum additum ſuſcipitis, quod a Prophera ſcriptum eſt, relinquatis.

In

In ſexageſimo octavo: *Laudabo nomen Dei cum cantico.* Pro quo dicitis, vos reperiſſe in Graeco, αινεσω το ονομα τȣ θεȣ μȣ μετ' ωδης, id eſt, laudabo nomen Dei *mei* cum cantico; ſed *mei* ſuperfluum eſt.

In ſeptuageſimo: Deus ne elongeris a me; quod dicitis in Graeco poſitum eſſe: ο Θεος μȣ μη μακρυνης απ' εμȣ, id eſt, Deus *meus*, ne elongeris a me; *meus* ſuperfluum eſt.

In eodem: *donec annuntiem brachium tuum*, et dicitis in Graeco vos reperiſſe, *mirabilia tua*, και μεχρι τȣ νυν απ' αγγελω τα θαυμασια σȣ, id eſt, usque nunc annuntiabo mirabilia tua, quod de ſuperiori verſiculo eſt: et *usque nunc pronuntiabo mirabilia tua.* Bene ergo hic habet *brachium.*

In ſeptuageſimo primo pſalmo: *Et adorabunt eum omnes reges.* Illud, quod in Graeco vos inveniſſe dicitis, και προσκυνησȣσιν αυτω παντες οι βασιλεις της γης, id eſt, et adorabunt eum omnes reges *terrae:* hoc quidem ſuperfluum eſt.

In eodem pſalmo: *Benedictus Dominus Deus, Deus Iſrael;* dicitis in Graeco bis: *Deus* non haberi, ευλογητος κυριος ο Θεος Ισραηλ, id eſt, benedictus Dominus Deus Iſrael, cum in Hebraico ſit, et apud ſeptuaginta et manifeſtiſſime triplex Domini Dei, Deique nuncupatio, myſterium ſit Trinitatis.

In

Notae.

*cum et in Hebraeo etc.*] *Bahrdt.* itaque errat, ſi habet: A. Σ. O. Θ. E. 5. ευλογητος κυριος ο Θεος Ισραηλ, quum vocabulum ο Θεος bis legendum ſit.

In eodem: *Et benedictum nomen Maiestatis in aeternum.* Hoc ergo quod in Graeco vos inveniſſe dicitis, και ευλογημενον το ονομα της δοξης αυτου εις τον αιωνα, και εις τον αιωνα του αιωνος, id eſt, et benedictum nomen gloriae eius in aeternum, et in ſeculum ſeculi: ſuperflue ſciatis a Graecis eſſe appoſitum, quod nec Hebraeus habet, nec ſeptuaginta Interpretes.

De ſeptuageſimo ſecundo: *Prodiit quaſi ex adipe;* et vos dicitis in Graeco reperiſſe εξελευσεται, id eſt, *prodiet*, quod falſum eſt. Nam et apud ſeptuaginta Interpretes ita ſcriptum eſt: εξελευσατο ως εκ στεατος η αδικια αυτων.

In eodem: *quomodo ſcit Deus;* in Graeco dicitis, non eſſe *Deum*, cum et apud Septuaginta ſcriptum ſit, πως εγνω ο Θεος, et omnes interpretes ſimiliter de Hebraeo transtulerint.

In eodem: *intelligam in noviſſimis eorum;* pro quo in Graeco legiſſe vos dicitis, και συνω, id eſt, et intelligam; ſed hic coniunctio *et* ſuperflua eſt.

In eodem: *deficit caro mea et cor meum;* pro quo dicitis in Graeco haberi, εξελιπεν η καρδια μου, και η σαρξ μου, id eſt, defecit cor meum et caro mea. Sed hic perverſus ordo eſt.

In eodem: *ut annuntiem omnes praedicationes tuas.* Pro quo in Graeco legiſſe vos dicitis, του εξαγγειλαι με πασας τας αινεσεις σου, id eſt, ut annun-

---

Notae.

εξελευσεται] eſt lectio Αλλ. non vero των ο. ut *Bahrdt.* habet, qui legerunt: εξελευσατο.

annuntiem omnes laudes tuas. Et sciendum, quod scriptum in Hebraeo מלאכותיך melachotecho, quod Aquila αγγελους σου, id est, nuntios tuos, Septuaginta, τα απαγγελματα σου, id est, praedicationes tuas, vel promissa interpretati sunt; licet et laus et praedicatio unum utrumque significet.

De septuagesimo tertio: *ut quid Deus repulisti in finem.* Pro quo apud Graecos male legitur ordine commutato: *ut quid repulisti Deus.*

In eodem: *quanta malignatus est inimicus in sancto.* Miror, quis in codice vestro emendando perverterit, ut pro *sancto sanctis* posuerit, cum in nostro codice *in sancto* inveniatur: licet Graeci legant, εν τω αγιω σου, id est, in sancto *tuo.*

In eodem: *incendamus omnes dies festos Dei a terra:* pro quo in Graeco scriptum est: δευτε και καταπαυσωμεν πασας τας εορτας του θεου απο της γης, et nos transtulimus: heus et quiescere faciamus omnes dies festos Dei a terra. Et miror, quomodo e latere annotationem nostram, nescio quis temerarius scribendam in corpore putaverit, quam nos pro eruditione legentis scripsimus hoc modo: textus non habet καταπαυσωμεν, ut quidam putant, sed καταϰαυσωμεν, id est, incendamus. Et quia retulit mihi S. presbyter Firmus, qui huius operis exactor fuit, inter plurimos hinc habitam quaestionem, plenius de hoc dispu-

Notae.

*melachothecho*] A. nec τας αγγελιας, nec οιτων επαγγελιας secundum Hier. verterunt, quas lectiones eis *Bahrdt*, tribuit.

disputandum videtur. In Hebraeo scriptum est: שרפו כל מועדי אל בארץ sarphu chol moade el haarez quod Aquila et Symmachus verterunt: ενεπρησαν πασας τας εορτας θεου επι της γης, id est, incenderunt omnes solennitates *Dei* in terra. Quinta κατεκαυσαν, id est, combusserunt. Sexta κατακαυσωμεν, id est, comburamus. Quod et Septuaginta iuxta hexaplorum veritatem transtulisse perspicuum est. Theodotio quoque ενεπυρισωμεν vertit, id est, succendamus. Ex quo perspicuum est, sic psallendum, ut nos interpretati sumus. Et tamen sciendum, quid hebraica veritas habeat. Hoc enim quod Septuaginta Interpretes transtulerunt, propter vetustatem in ecclesia decantandum est: et illud ab eruditis sciendum, propter notitiam scripturarum. Unde si quid pro studio ex latere additum est, non debet poni in corpore: ne priorem translationem, pro scribentium voluntate conturbet.

In eodem: *contribulasti capita draconum in aquis*, tu confregisti capita draconis; sic lectionis ordo sequitur, ut in priori versu *tu* non habeat, sed in secundo; et aquae plurali numero scribantur, non singulari. Sed et Aquila verbum hebraicum המים hamaim, υδατων, id est, aquarum interpretatus est. Graecus vero textus habet, συ συνετριψας τας κεφαλας των δρακοντων επι τ υδατος, συ συνεθλασας την κεφαλην τ δρακοντος.

In eodem: *ne obliviscaris vocis inimicorum tuorum*, pro quo in Graeco μη επιλαθη της φωνης

νης των ικετων σȣ, id est, ne obliviscaris voces deprecantium te, scriptum dicitis. In Hebraeo autem צוררך zorerecho legitur: quod Aquila, hostium tuorum, Symmachus bellantium contra te: Septuaginta et sexta editio, inimicorum tuorum, interpretati sunt: et est sensus pendens ex superioribus: memor esto improperiorum tuorum, eorum, quae ab insipiente sunt quotidie. Ne obliviscaris voces inimicorum tuorum, id est, voces, quibus te blasphemant, tibique in populo tuo detrahunt. Unde sequitur: *superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.* Pro quo in Graeco est διαπαντος, id est, per omnia sive omnino: id est, dum tu differs poenas, illi proficiunt in blasphemias.

In septuagesimo quarto: *narrabimus mirabilia tua.* Pro quo male apud Graecos legitur: διηγησομαι παντα τα θαυμασια σȣ, id est, narrabo omnia mirabilia tua.

In septuagesimo quinto: *omnes viri divitiarum manibus suis;* et non, ut vos, nescio a quo depravatum, legitis, *in* manibus suis: cum in Graeco sit, παντες οι ανδρες τȣ πλȣτȣ ταις χερσιν αυτων, id est, omnes viri opulentiae manibus suis.

In eodem: *Terribili et ei, qui aufert spiritum principium;* dicitis, quod *ei* non sit scriptum in Graeco: τω φοβερω και αφαιρȣμενω πνευματα αρχοντων, id est, terribili et auferenti Spiritus principium. Verum est: sed nisi apposuerimus *ei* Latinus sermo non resonat. Neque enim possumus dicere: terribili et qui aufert spiritum principium.

In

In ſeptuageſimo ſexto: *et meditatus ſum nocte cum corde meo, et excitabar et ſcopebam ſpiritum meum.* Pro pro in hebraeo legimus: recordabar Pſalmorum tuorum in nocte cum corde meo: loquebar et ſcopebam ſpiritum meum. Pro exercitatione αδολεσχιαν, id eſt, decantationem quandam et meditationem, ſeptuaginta transtulerunt; et pro eo, quod nos diximus *ſcopebam*, illi poſuerunt εσκαλλον, quod Symmachus transtulit ανεξευνων, id eſt, perſcrutabar ſive quaerebam. Et quinta ſimiliter. In Graeco habetur: και ετη αιωνια εμνησθην και εμελετησα, νυκτος μετα τη καρδιας μυ ηδολεσχων, και εσκαλλε το πνευμα μυ, id eſt: et annos aeternos memineram et meditatus ſum, nocte cum corde meo augurabar et rimatur ſpiritus meus. Proprie autem σκαλισμος in agricultura dicitur, in ſartiendo, id eſt, ſarculando; et quomodo ibi quaeruntur herbae ſarculo quae ſecentur: ſic et iſte retractarum cogitationum ſuarum Metaphori εως a ſarculo demonſtravit. Et ſciendum, quod εσκαλλον non ſemel, ſed frequenter ſignificet.

In eodem: *a generatione in generationem;* hoc quod Graecum ſequentes inveniſſe vos dicitis, συνετελεσεζημα, id eſt, conſummavit verbum, recte non habetur in latino, quia et in nullo habetur Interpretum.

In ſeptuageſimo ſeptimo: *et narrabunt filiis ſuis.* Pro quo habetur in Graeco: και απαγγελουσιν αυτα, id eſt, annuntiabunt ea. Sed ſciendum, quod in hebraeo ויספרו viſapheru ſcriptum

 eſt;

eſt; quod Aquila et Symmachus *narrabunt* transtulerunt.

In eodem: *et occidit pingues eorum;* pro quo in Graeco eſſe dicitis, καὶ ἀπέκτεινεν ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν, id eſt, et occidit in pluribus eorum; ſic habetur in Hebraeo: במשמניהם bemiſmanehem, quod Aquila interpretatus eſt ἐν παχέσιν αὐτῶν; Symmachus τοῖς εὐπορωτέροις; ſeptuaginta et Theodotio et quinta editio: ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν, quod quidam non intelligentes, putaverant ſcriptum, ἐν τοῖς πλήθεσιν.

In eodem: *dilexerunt eum in ore ſuo et lingua ſua mentiti ſunt ei;* in Graeco haberi dicitis, καὶ ἠγάπησαν αὐτὸν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν καὶ τῇ γλώσσῃ αὐτῶν ἐψεύσαντο αὐτόν, id eſt, et dilexerunt eum in ore ipſorum: et lingua ſua mentiti ſunt eum. Et in Hebraeo ſcriptum eſt, יכחש בולו iechaz bulo, et omnes voce ſimili transtulerunt: ἐψεύσαντο αὐτῷ, id eſt, mentiti ſunt ei. Quis autem voluerit pro *ei* ponere *eum* et vitiare exemplaria, non eſt mei iudicii.

In eodem: *et propitius fiet peccatis eorum, et non diſperdet eos;* dicitis quod in Graeco, *eos*, non habeatur; quod et verum eſt, καὶ ἐ διαφθερεῖ, id eſt, et non diſperdet. Sed nos, ne ſententia pen-

---

Notae.

*bemiſmanehem*] *Bulard.* A. et Σ. tribuit aliam lectionem, et τοῖς ο lectionem: ἐν τοῖς πίοσιν αὐτῶν.

ad Pſ. 77, 31. ἐν τοῖς πλείοσιν] *Uſſer.* l. c. p. 38. in Hieron. legendum: *LXX. et Theodotio et quinta editio*, ἐν τοῖς πίοσιν αὐτῶν, quod quidam non intelligentes, putaverunt ſcriptum ἐν τοῖς πλείοσιν.

pendeat, Latinum ſermonem ſua proprietate compleximus. Si quis autem putat διαφθειρει non perditionem, ſed corruptionem ſonare, recordetur illius tituli, in quo ſcribitur graece: εις το τελος μη διαφθειρης, hoc eſt, *in finem ne perdas;* et non, ut plerique κακοζηλως interpretantur; *ne corrumpas.*

In eodem: *et induxit eos in montem ſanctificationis ſuae;* montem, quem acquiſivit dextera eius. Pro quo apud Septuaginta legitur, ορος τουτο ο εκτησατο η δεξια αυτου, id eſt, montem hunc, *quem poſſedit:* et non, ut vos ponitis η εκτησε, id eſt, *quae acquiſivit.* Melius ergo ſecundum Hebraicam proprietatem interpretatus eſt Symmachus: *montem, quem acquiſivit dextera eius.*

In eodem: *et averterunt ſe, et non ſervaverunt pactum, quemadmodum patres eorum.* Scio, quod pactum non habetur in hebraeo: ſed quoniam omnes voce ſimili transtulerunt, ησυνθετησαν, et apud Graecos pactum dicitur συνθηκη, ex uno verbo ſignificatur, *non ſervaverunt pactum:* licet Septuaginta ηθετησαν poſuerunt.

In eodem: *in terra, quam fundavit in ſecula.* Pro quo ſcriptum inveniſſe vos dicitis; εν τη γη εθεμελιωσεν αυτην εις τον αιωνα, id eſt, in terra fundavit eam in ſaecula. In Hebraeo ita ſcriptum eſt, ut vertit Symmachus, εις την γην, ην εθεμελιωσεν εις τον αιωνα, id eſt, et aedificavit, ſicut unicornium ſanctificium ſuum in terra, quam fundavit in ſecula. Si autem non de terra dicitur, quod fundata ſit, ſed de alia re, quae fundata videatur

in terra: probent ex prioribus et ſequentibus, quis ſenſus ſit: ut, neſcio quid, quod dicitur fundatum, videatur in terra. Si autem ſanctificium in terra fundatum putant, debuit ſcribi: in terra fundavit illud in ſecula.

In eodem: *et in intellectibus manuum ſuarum deduxit eos:* non habet textus: εν τη συνεσει, ut ſcribitis numero ſingulari, quod intelligentiam ſonat; ſed εν ταις συνεσεσι, quod intelligentias ſonat, ſicut et in Hebraeo habetur בתבונות bithbunoth, quod eſt in intellectibus.

De ſeptuageſimo octavo: *poſuerunt Hieruſalem in pomorum cuſtodiam*, quod in Graeco οπωροφυλακιον dicitur: nec potuit aliter verti, quam a nobis translatum eſt. Significat autem οπωροφυλακιον ſpeculam, quam cuſtodes ſatorum et pomorum habere conſueverunt: ut de ampliſſima urbe parvum tuguriolum vix remanſerit. Hoc ſecundum Graecos. Caeterum in Hebraeo לעיים iaium ſcriptum habetur, quod Aquila vertit λιθοριον, id eſt, acervum et cumulum lapidum, quibus vineae et agri purgari ſolent.

In ſeptuageſimo nono: *et plantaſti radices eius hinc:* et dictis, quod in Graeco *hinc* non habeatur, και καταφυτευσας τας ριζας αυτων, et bene. Nam et in noſtris codicibus non habetur: et miror, quis imperitorum veſtros libros falſaverit.

De octogeſimo ſecundo: *haereditate poſſideamus ſanctuarium Dei.* Et dictis, quod in Graeco

ſit

sit scriptum, κληρονομησωμεν εαυτοις, id est, possideamus nobis ipsis, quae superflua quaestio est. Quando enim dicitur *possideamus*, intelligitur et *nobis*.

De octogesimo tertio: *cor meum et caro mea exultavit in Deum vivum.* Pro quo in Graeco scriptum dicitis, καρδια μȣ, και σαρξ μȣ, ηγαλλασοντο, id est, cor meum et caro mea exultaverunt, et in hoc nulla contentio est. Si enim legimus *exultavit*, intelligitur cor meum exultavit, et caro mea exultavit. Sin autem exultaverunt, duo pariter exultaverunt, id est, cor et caro mea. Et quaeso vos, ut huiusmodi ineptias et superfluas contentiones, ubi nulla est sensus mutatio declinetis.

In eodem: *beatus vir, cui est auxilium abs te.* In Graeco vos invenisse dicitis, ȣ εςιν αντιληψις αυτω παρα σȣ, id est, cuius est auxilium eius abs te; quod quia nos in latina interpretatione mutavimus, ut dicitis, reprehendimur. Cui enim non pateat, quod si dicere voluerimus; *cui est auxilium eius abs te*, apertissimum vitium sit: et quando praecesserit *cui*, sequi non debet *eius*: nisi forte vitii arguimur, quod vitavimus vitium.

In eodem: *in valle lachrymarum.* Pro quo dicitis in Graeco scriptum esse, εις την κοιλαδα τȣ κλαυθμωνος, id est, in valle plorationis. Sed sive ploratum, sive fletum, sive lachrymas, sive planctum dixerimus, unus est sensus: et nos hoc sequimur, ut ubi nulla est de sensu mutatio, Latini sermonis elegantiam conservemus.

De

De octogesimo quarto: *benedixisti Domine terram tuam*, pro eo, quod est, *benedixisti*, in Graeco scriptum dicitis ευδοκησας, et quaeritis, quomodo hoc verbum exprimi debeat in Latino. Si contentiose verba scrutamur et syllabas, possumus dicere: bene placuit, Domine, terra tua. Et dum verba sequimur, sensus ordinem perdimus. Aut certe addendum est aliquid, ut eloquii ordo servetur, et dicendum: *complacuit tibi, Domine, terra tua.* Quodsi fecerimus, rursum a nobis quaeretur, quare addiderimus *tibi*, cum nec in Graeco sit, nec in Hebraeo? Eadem igitur interpretandi sequenda est regula, quam saepe diximus: ut *ubi non* sit *damnum in sensu, linguae, in qua transferimus*, ευφωνια, *proprietas et elegantia conservetur.*

In eodem: misericordia et veritas obviaverunt sibi; et dicitis, quod in Graeco, *sibi*, non habeatur, ελεος και αληθεια συνηντησαν, id est, misericordia et veritas concurrerunt, nec in Hebraeo habetur, et apud Septuaginta obelo praenotatum est: quae signa, dum per scriptorum negligentiam a plerisque quasi superflua relinquuntur, magnus in legendo error oboritur. Si autem non fuerit additum *sibi*, misericordia et veritas non sibi, sed alii occurrisse credentur: nec iustitia et pax sibi dedisse osculum, sed alteri.

De octogesimo quinto: *et non proposuerunt te in conspectu suo*, dicitis, quod in vestro codice, *te*, non habeatur; addite, *te*, et, emendato errore librarii, vestrum quoque errorem emendabitis.

In

In eodem: *et tu Domine Deus miſerator et miſericors.* In Graeco inveniſſe vos dicitis, και συ κυριε ο θεος μου, id eſt, et tu Domine Deus *meus*, quod ſuperfluum eſt. *Meus* enim nec in Hebraeo habetur, nec in Septuaginta.

De octogeſimo octavo: *magnus et horrendus.* Pro quo in Graeco inveniſſe vos dicitis, μεγας και φοβερος, quod ſignificat, terribilis, timendus et formidandus. Ego puto, id ipſum ſignificare horrendum, non uti vulgus exiſtimat, deſpiciendum et ſqualidum, ſecundum illud Virgilii: *Mihi frigidus horror membra quatit:* Et, *horror ubique animo ſimul ipſa ſilentia terrent:* Et, *monſtrum horrendum, ingens*, et multa his ſimilia.

In eodem: *tunc locutus es in viſione ſanctis tuis.* Pro quo in Graeco vos inveniſſe dicitis, τοτε ελαλησας εν ορασει τοις υιοις σου, id eſt, tunc loquutus es in viſione filiis tuis. Sed ſciendum eſt, quod in Hebraeo לחסידיך lahaſidecho habetur, quod omnes, τοις αγιοις σου, id eſt, Sanctis tuis, transtulerunt. Et ſola ſexta editio, prophetis tuis, interpretata eſt, ſenſum magis, quam verba exprimens. Et in κοιν tantum pro *ſanctis* filios reperi.

In eodem: *tu vero repuliſti et deſpexiſti.* Pro quo in Graeco συ δε απωσω και εξουδενωσας inveniſſe vos dicitis. Unius litterae mutatio, quantum vobis fecit errorem? Non enim reſpexiſti, ſed deſpexiſti, et pro nihilo duxiſti, interpretati ſumus, niſi forte εξουδενωσας; non putatis transferendum deſpexiſti: ſed ſecundum diſſertiſſimum iſtius

iſtius temporis interpretem, nullificaſti, ſeu annihilaſti, vel annullaſti, vel vilificaſti, et ſi qua alia poſſunt inveniri apud imperitos portenta verborum.

De octogeſimo nono: *a ſeculo usque in ſeculum tu es Deus;* et dicitis, quod in Graeco non ſit *Deus*, απο τϐ αιωνος και εως τϐ αιωνος συ ει, id eſt, a ſeculo et usque in ſeculum tu es; quod apud eſſe deeſſe manifeſtum eſt. Nam et Hebraica veritas habet, et omnes alii interpretes, et ſeptuaginta ſimiliter transtulerunt, απο τϐ αιωνος και εως του αιωνος συ ει θεος, quod hebraice dicitur מעולם ועד עולם אתה אל meolam vead olam atha el.

In eodem: *quoniam ſupervenit manſuetudo, et corripiemur.* In Graeco vos dicitis inveniſſe, οτι επηλθε πραυτης εφ' ημας και παιδευθησομεθα, id eſt, quoniam ſupervenit ſuper nos manſuetudo, et inſtruemur. Sed hoc ſuperfluum eſt.

De nonageſimo: *dicet domino, ſuſceptor meus es tu.* Et dicitis, quod in Graeco *es* non habeatur nec *tu*. Sed apud Septuaginta et apud Latinos pro ευφωνια et verborum conſequentia poſitum ſit.

De nonageſimo tertio: *beatus homo, quem tu erudieris Domine;* dicitis in Graeco non eſſe *tu*, μακαριος ανθρωπος, ον αν παιδευσης κυριε, id eſt, beatus homo, quem quidem erudieris Domine: et verum eſt: ſed et apud Latinos propter ευφωνιαν, id eſt, conſonantiam poſitum eſt. Si enim dicamus: *beatus homo, quem erudieris Domine;* compoſi-

positionis elegantiam non habebit. Sed quando dicitur, *Domine*, et apostropha fit ad Dominum, nihil nocet sensui, si ponitur et *tu*.

In eodem: *et in malitia eorum disperdet eos.* In Graeco dicitis non esse praepositionem *in*, sed legi: *malitia eorum disperdet.* Sciendum autem, quod et in Hebraeo et in cunctis interpretibus positum sit, κατα την πονηριαν αυτων αφανιει αυτους κυριος ο θεος, id est; in malitia eorum disperdet eos Dominus Deus. Si autem voluerimus legere, malitia eorum disperdet, id quod in Septuaginta sequitur in fine versiculi *eos*, et quod superfluum erit, et vitiosum.

De nonagesimo septimo: *Recordatus est misericodiae suae;* pro quo in Graeco invenisse vos dicitis, εμνησθε τους ελεους αυτου τω Ιακωβ, id est, recordatus est misericordiae suae Iacob; sed hic *Iacob* nomen superfluum est.

De centesimo: *oculi mei ad fideles terrae, ut sedeant mecum.* Pro quo in Graeco invenisse vos dicitis: οι οφθαλμοι μου επι τους πιστους της γης του συγκαθεσθαι αυτους μετ' εμου, id est, oculi mei in fideles terrae, considere ipsos mecum. Quis non talem fugiat interpretationem, ut verbum ad verbum exprimens, dicat, considere ipsos cum me?

De centesimo primo: *vigilavi et factus sum sicut passer solitarius in tecto* Et dicitis invenisse vos in Graeco: επι δωματος, quod antiqui codices Latinorum interpretati sunt, in aedificio. Δωμα in orientalibus provinciis ipsum dicitur, quod

apud

apud Latinos tectum: in Palaeſtina enim et Aegypto, vel ubi ſcripti ſunt divini libri, vel interpretati ſunt, non habet in tectis culmina, ſed domata, quae domae vel ſolaria, vel meniana vocant, id eſt plana tecta, quae transverſis trabibus ſuſtentantur. Denique in Actis Apoſtolorum, Petrus quando aſcendit in doma, in tectum aedificii aſcendiſſe credendus eſt. Et quando praecipitur nobis, ut *faciamus domati noſtro coronam*, hoc praecipitur, ut in tecto faciamus per circuitum quasdam eminentias, ne facilis in praeceps lapſus ſit. Et in Evangelio: *quae*, inquit, *auditis in aure, dicetis ſuper domata*, id eſt ſuper tecta. Et in Eſaia: *quid vobis eſt, quod omnes aſcendiſtis ſuper tecta vana?* Et multa eiusmodi.

In eodem: *factus ſum, ſicut nycticorax in domicilio*: quod ſimiliter in Graeco habetur δωμα, et quaeritis, quid ſignificet *nycticorax* apud Latinos. In Hebraeo pro nycticorace verbum chos כוס

---

Notae.

*apud Latinos tectum*] De tectis orientalibus lege *Dav. Millii* diſput. de aedium Hebraeorum tectis. Ultrai. 1727. et recuſ. in *Oelrichs* coll. opuſc. hiſtor. phil. theol. T. I. P. II. p. 573. ſqq. et *Theod. Basii* diſput. de tectis Hebraeorum retectis. Witt. 1696. et Caſaubon. Athen. L. IV. — Quum *Ioa. Ern. Faber* in libro, cui titulus eſt: Archaeologia Hebraeorum P. I. Halae 1773. pag. 417. ſqq. uſum planorum tectorum non attulerit, liceat mihi, illum hac annotare. Uſum praebuerunt tecta plana ſomniandi, 1 Sam. 9, 26. preces fundendi ad Deum, Act. Ap. 10, 9. Zeph. 1, 5. ſolemnitates viſendi Iudic. 16, 26. Collige ex locis ſequentibus alios uſus: 2 Sam. 16, 22. Ioſ. 2, 6. Luc. 12, 3. Nehem. 8, 17. Ierem. 48, 38.

כוס ſcriptum eſt: quod Aquila et Septuaginta et Theodotion, et quinta editio nyctícoracem interpretati ſunt, Symmachus *upupam*. Sexta editio *noctuam*, quod et nos magis ſequimur. Denique ubi apud nos et Graecos legitur: factus ſum, ſicut nyctícorax in domicilio: apud Hebraeos dicitur: factus ſum, ſicut noctua in ruinoſis. Plerique bubonem contentioſe ſignificare putant.

In eodem: *a facie irae indignationis tuae.* Pro quo in Graeco inveniſſe vos dicitis: απο προσωπυ της οργης συ και τυ θυμυ συ, id eſt, a facie irae tuae et indignationis tuae: cum manifeſtum ſit, quod apud Hebraeos et apud Septuaginta interpretes ſic habeatur: απο προσωπυ της οργης και τυ θυμυ συ.

In eodem: *quoniam placuerunt ſervis tuis lapides eius: et terrae eius miſerebuntur.* Pro terra,

Notae.

כוס] Plerique veterum interpretum in *nycticorace* conveniunt, et optime de hac ave nocturna exponitur, quae Graece etiam ο ωτος (otus, die gehörnte Eule) dicitur. coll. Eq. *Michaelis* Fragen an Gelehrte, die nach Arabien reiſen p. 315. Supplem. ad Lex. p. 1236. Praecipue cf. vero *Schoderei* ſpecim. alter. Hieroizi &c. Tubing. 1785. p. 88. ſqq. et 78. *Bochart.* in Hieroz. P. II. L. II. c. 21. intelligit *onocratalum* vel *truonem*. Syrus interpres vertit Lev. XI, 17. Deut. XIV, 15. Pſ. CII, 7. כוס עורא, quae eſt graeca vox ωτος, quae quoque latina civitate donata fuit. ὁ ωτος autem ſecundum Ariſtotelem hiſt. animal. VIII. 12. — *ſimilis noctuis eſt, et circa aures pinnulas habet, quam quidem nycticoracem vocant.* Ex hac deſcriptione apparet, quod Syrorum *Udo*, vel Strix bubo, vel Strix otus L. ſit, qui a Buffonio T. I. p. 332. ſq. et 342. ſq. deſcripti et Tab. XXII. et XXIII. edit. Germ. T. III. p. 27. ſq. tab. LXI. aere impreſſi cernuntur. *Tychſen.* in libro: Phyſiologus Syrus p. 109. ſq.

terra, aphar, עפר in Hebraeo positum est, quod omnes τον χουν transtulerunt: et potest pulvis, quam humus, id est terra interpretari. In Graeco sic legitur: οτι ευδοκησαν οι δουλοι σου τας λιθους αυτου, και τον χουν αυτης οικτειρησουσι, id est, quoniam probaverunt servi tui lapides eius, et pulveris eius miserabuntur.

De centesimo secundo: *non in perpetuum irascetur;* pro quo in Graeco invenisse dicitis, ου εις τελος ο θυμωθησεται, id est, non in finem irascetur; sed verbum Hebraicum nezah, נצח et perpetuum et finis et victoria intelligitur, pro locorum qualitate.

De centesimo tertio: *qui facis angelos tuos spiritus.* Pro quo in Graeco vos invenisse dicitis: ο ποιων αγγελους αυτου πνευματα, id est, qui facit angelos suos spiritus. A quibus breviter quaerite: quomodo cum ad Deum sermo sit, quasi ad alium loquens Propheta repente mutetur: maxime cum sic incipiat: *Domine Deus meus, magnificatus es vehementer, confessionem et decorem induisti: et qui tegis aquis superiora eius*, id est, *coeli: qui ponis nubes ascensum tuum: qui ambulas super pennas ventorum;* et statim sequatur: *qui facis angelos tuos spiritus, et ministros tuos ignem urentem. Qui fundasti terram super stabilitatem suam:* et post paulum: *ab increpatione tua fugient: et a voce tonitrui tui formidabunt, et in loco, quem fundasti eis: qui emittis fontes in convallibus*, et illud, *ut educas panem de terra.* Si ergo omnia haec ad secundam personam

ſonam ſunt, id eſt, ad Deum, quomodo in uno verſiculo tertia perſona ſubito et extra ordinem inducitur?

In eodem: *a voce tonitrui tui formidabunt*: dicitis *tui* non haberi in Latino, cum in Graeco ſit: απο φωνης βροντης σε δειλιασουσιν. Habetur et in Hebraeo tonitrui tui, et miror, quomodo apud Latinos errore ſcriptorum ſubtractum ſit.

In eodem: *hoc mare magnum et ſpatioſum manibus*: et dicitis in Graeco: *manibus* non haberi; et ego novi, αυτη η θαλασσα η μεγαλη και ευρυχωρος, id eſt, hoc mare magnum et ſpatioſum: ſed et Hebraica et Theodotionis editione in Septuaginta ſub aſteriſco additum eſt. Denique et in Hebraeo ita ſcriptum eſt, zeh haiom godol urehab iadaim, זה היום גדול ורחב ידים quod Aquila ſic interpretatus eſt: ευρυχωρος χερσιν, et omnes interpretes, et hoc ſecundum Hebraicam dicitur proprietatem μεταφορικως, quod quaſi expanſas manus habeat, et in ſe cuncta ſuſcipiat.

In eodem: *ut educas panem de terra.* Pro quo inveniſſe vos dicitis: *ut educat*, ſed non poteſt aliud ad ipſum, aliud ad alium de ipſo dici: ut omnia quaſi ad Deum loquebatur prophetа, aut omnia ad alium de eo referebat. Cum autem pleraque ad ipſum dirigantur, et ea, quae ambigua ſunt, ad ipſius perſonam redigenda ſunt. In Graeco ſic legitur: τω εξαγαγειν αρτον εκ της γης, id eſt, ad educendum panem e terra.

In

In eodem: *Herodii domus dux eſt eorum.* Pro Herodio, quod in Hebraico dicitur haſida, חסידה, Symmachus πτηνον, id eſt, milvum interpretatus eſt. Denique et nos ita vertimus in Latinum: ibi aves nidificabunt, milvi abies domus eſt; quod ſcilicet ſemper in excelſis et arduis arboribus nidos facere conſueverit. Unde et ſexta editio manifeſtius interpretata eſt, milvo cupreſſus ad nidificandum. Pro abietibus autem et cupreſſis

Notae.

*Herodii domus*] חסידה, Gr. Herodius, vel Herodio, id eſt, *ardea* vel *ardeola*, ſecundum *Suicer.* in Lex. — *Heſych.* ait eſſe ειδος ορνεου. — *Tirinus* in Idiotiſm. num. II. alias *milvum* converti, ut Zach. IV, 9. alias *ciconiam*, ut Pſalm. CIV, 17. et Iob. XXXIX, 13. ſubinde *upupam* ait. (*Upupa* ſemper fere in fimo, ac foeditis rebus verſetur; haec avis eſt autem criſtata et coloribus variegata. v. Schol. in L. II. contr. Iovian. T. X. Opp. p. 62.) *Ianſenius:* Suidas ciconiam putat, aut avem ſimilem: *alii* ardeam. *Auguſtinus fulicam* legit, id eſt *mergum*. Suicerus dici putat quaſi ἑλωοδιος paluſtris, verſari enim in locis paluſtribus. *Accipitrem* intelligit *I. D. Michaelis* in Suppl. p. 857. Aliis eſt *Ciconia*, ob pietatem eximiam. *Solinus: Ciconiis pietas eximia ineſt. Exenim quantum temporis ſuis foetibus educandis elargiuntur, tantum et ipſae a pullis ſuis invicem aluntur.* — חסידה, a חסד, et ερωδιος ab ερως amor deſcendit. Aquila, Theodot. interpres graecus Venetus, Aethiops, itemque Pſalter. arab. Londin. et montis Libani אלהרודי, *alherudi* retinuerunt. Contra vero arab. verſiones in polygl. צקר, *ſaker*, accipitrem, vel בלשום, *balſchum*, id eſt ardeam, Iuſtinianus et Sionita in ſuis pſalteriis אלחאם, *alham*, noctuam elegerunt. Oedmann. P. III. cap. 6. חסידה, *ardeam cineream* L. eſſe, multis et gravibus argumentis docuit, quibus equidem lubens acquieſco. *Tychſen.* in libro: Syrus Phyſiologus p. 100. ſq. In Samarit. verſ. חסידה Lev. XI, 19. Deut. XIV, 18. male סנוניתא, et in tetrapl. Barber. עטלף arbitrario خطاف *hirundo* redditur. Ib. p. 141.

preſſis in Hebraeo ponitur ברושים quod magis abietes quam cupreſſos ſignificat.

In eodem: *petra refugium herinaciis.* Pro quo in Hebraeo poſitum eſt ſephanim שפנים, et omnes χοιρογυλλίοις voce ſimili transtulerunt. Soli ſeptuaginta lepores interpretati ſunt, τοις λαγωοις,

Notae.

ברושים] Varias variorum interpretum et Philologorum de hoc vocabulo ſententias collectas legere potes, in edit. Lex. hebr. Sim. *Eichhorn.* Hal. 1793. pag. 287. ſ. h. v.

שפנים] Graecis αρκτομυς, ut Hier. affert, dicitur; Arabibus vero *quadrator*, quia ſibi domum ſuam fodit ad quatuor ventorum flatum, et feneſtellis inſtruit eam ita, ut undique proſpicere, et, ſi opus, profugere poſſit. *Bochart.* Hieroz. P. I. L. III. c. 33. p. 1002. *Alb. Schultens* ad Prov. 30, 26. *Haſſelquiſt.* in itiner. ed. germ. p. 209. *Niebuhr.* Arab. p. 167. Quatuor tantum locis legitur Lev. XI, 5. Deut. XIV. Prov. 30, 26. et noſtro loco. *Bochart.* putat, ipſum *Hiſpaniae* nomen vel *Spaniae* (*Spania* dicta eſt regio cuniculoſa) ut veteres ſcribunt, mere eſſe hebraicum. — *Hieron. in nomin. Hebr. in Ier.* ex Philone ſcribit: *eſt generale nomen et commune multis animalibus fugacibus. Aliqui putant, eſſe leporem, alii cuniculum, alii herinacium.* Menoch. de Rep. Hebr. L. 3. Cap. 10. Sed variavit in translatione latina, quod vid. l. c.

*lepores interpretati ſunt*] *Bahrdt.* tribuit τοις ο lectionem Σ. et Θ. χοιρογυλλιοις, quum tamen ſoli τοις λαγωοις legerint. Pro χοιρογυλλ. in textu χοιρογυλ. vitium typographicum mihi videtur. Nam χοιρογυλλ. eſt maioris muris genus in Palaeſtina, Aegypto et Lybia. Heſych. χοιρογυλλιον ο εχινος. *Bochart.* de hoc animali: *Hericium* multi exponunt. Scholiaſtes in Proverb. *piſcem* aut *leporem* aut *oeſtrum* ſeu *aſilum*. *Choerogryllii* Graeci vetuſtiores non meminerunt. Ariſtophanis Scholiaſtes ſolum dicit eſſe *animal*. Sed in Lexico coptico Arabice redditur *lerboa*, et quidem vere; quod animal ex Arabibus eſt notiſſimum. P. II. Hieroz. p. 1009. I. 60. Dicitur ſecundum eundem χοιρογυλλιος a porci ſagina et ſpecie. p. 1016. I. 46.

γωοις, id est, petra refugium leporibus. Sciendum est autem animal esse non magnus heritio, habens similitudinem muris et ursi. Unde et in Palaestina αρκτομυς dicitur, et magna est in istis regionibus huius generis abundantia, semperque in cavernis petrarum et terrae foveis habitare consueverunt.

In centesimo quarto: *edidit terra eorum ranas.* Pro quo in Graeco, εξορρυψεν η γη αυτων βατραχους, vos legisse dicitis, quod potest ita interpretari: ebullivit terra eorum ranas. Sed et in hoc nulla est in sensu mutatio, et nos antiquam interpretationem sequentes, quod non nocebat, mutare noluimus.

In eodem: *et contrivit lignum finium eorum.* Pro quo in Graeco vos invenisse dicitis: συνετριψε παν ξυλον οριυ αυτων, id est, contrivit omne lignum finis eorum. Sed et hoc additum est, et superfluum.

In eodem: *quoniam memor fuit verbi sancti sui, quod habuit ad Abrahamum puerum suum.* Pro quo in Graeco vos legisse dicitis, ον διεθετο, id est, quod disposuit. Ita enim in Hebraeo et apud Septuaginta habetur interpretes: οτι εμνησθη τυ λογυ τυ αγιυ αυτυ τυ προς Αβρααμ τον δουλον αυτον. Ergo quod in Graeco dicitur, ον διεθετο, in hoc loco et superfluum est, et radendum.

De centesimo quinto: *confitemini Domino, quoniam bonus.* Pro quo in Graeco vos legisse dicitis, οτι χρηστος, id est, quoniam suavis. Sed sciendum est, quod χρηστος in utile, et in bonum

et

et ſuave verti poteſt. Denique et in Hebraico ſcriptum eſt, chi tob, כי טוב, quod omnes voce ſimili transtulerunt, ὁτι χρηστος, id eſt, *quia bonus*. Ex quo perſpicuum eſt, quod χρηστος bonus intelligatur.

In eodem: *Non fuerunt memores multitudinis miſericordiae tuae;* dicitis, quod in Graeco inveneritis, και ὐκ εμνησθησαν, id eſt, et non fuerunt memores, *et* coniunctio ſuperflua eſt.

In eodem: *et irritaverunt aſcendentes in mare, mare rubrum.* Pro quo in Graeco inveniſſe vos dicitis, και παρεπικραναν, et putatis, verbum e verbo debere transferri; *et amaricaverunt.* Sed haec interpretatio annullationi conſimilis eſt, ſive annihilationi. Legite Ezechielem, et invenietis παραπικρασμὸν, irritationem et exacerbationem ſemper expreſſum: ubi dicitur, οικος παραπικραινουσα, id eſt, domus exaſperans.

In eodem: *et vidit, cum tribularentur, et audivit orationem eorum;* in Graeco vos legiſſe dicitis: και ειδε κυριος, id eſt, et vidit *Dominus;* quicquid extra hoc in Graeco vos inveniſſe vos dicitis, ſuperfluum eſt.

De centeſimo ſexto: *et ſtatuit procellam eius in auram, et ſiluerunt fluctus eius.* Hoc ergo, quod pro iſto in Graeco inveniſſe vos dicitis: και επεταξε τη καταιγιδι, και εσι εις αυραν, id eſt, *et* conſtituit procellae, et ſtatuit in auram, ſuperfluum eſt.

In eodem: *et deduxerunt eos in portum voluntatis eorum;* pro quo dicitis, vos inveniſſe,

επι λιμενα θεληματος αυτυ, id eſt, in portum voluntatis *ſuae*; ſed in Hebraeo non habetur hephzi, חפצי, quod *voluntatis ſuae* ſignificat, ſed hephzam, חפצם, quod *voluntatis eorum* ſonat.

De centeſimo ſeptimo: in Graeco dicitis eſſe: εξεγερθητι η δοξα μυ, id eſt, exſurge gloria mea, quod dicitis in Latino non eſſe; recte in iſto pſalmo non habetur, quia nec apud Hebraeos, nec apud ullum interpretem reperitur, ſed habetur in quinquageſimo ſexto Pſalmo: *exſurge gloria mea, exſurge Pſalterium et cithara: exſurgam diluculo.* De quo mihi videtur a quodam in iſtum locum eſſe translatum.

In eodem: *mihi alienigenae amici facti ſunt.* Pro quo in Graeco inveniſſe vos dicitis, υπεταγησαν, hoc eſt, ſubditi ſunt. Sed hoc in quinquageſimo nono Pſalmo ſcriptum eſt: *mihi alienigenae ſubditi ſunt;* in praeſenti autem ita apud omnes inveniemus translatores, εμοι αλλοφυλοι εφιλωσαν, id eſt, amici facti ſunt, quod hebraice dicitur eth roa, את רעע.

De centeſimo nono: *virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion;* dicitis vos in Graecis codicibus non legiſſe, *virtutis tuae*, ραβδον ου δυναμεως εξαποστελει σοι κυριος, id eſt, virgam virtutis emittet tibi Dominus ex Sion: quod manifeſte et in Hebraeo et in Septuaginta interpretibus habetur.

In eodem: *dominare in medio inimicorum tuorum;* dicitis, in Graeco legi, και κατακυριευε, id

id eſt, *et dominare:* ſed hoc nec in Hebraeo habetur: nec apud Septuaginta, et ſuperfluum eſt.

De centeſimo decimo: *confitebor tibi Domine in toto corde.* Sed et hoc ſuperfluum eſt, quod in Graeco vos inveniſſe dicitis, εν ολη καρδια μου, id eſt, in toto corde meo.

De centeſimo tertio decimo: *Deus autem noſter in coelo*, pro quo in Graeco legiſſe vos dicitis, εν τω ουρανω και επι της γης, id eſt, in coelo et in terra, ſed et hoc ſuperfluum eſt.

De centeſimo quarto decimo: *et in diebus meis invocabo te;* dicitis, quod in Graeco non ſit, τε: et bene: de veſtris quoque codicibus radendum eſt.

In ipſo: *placebo Domino in regione vivorum.* Pro quo in Graeco legiſſe vos dicitis, ευαρεστησω ενωπιον κυ, id eſt, placebo in conſpectu Domini, ſed hoc ſuperfluum eſt.

In centeſimo decimo ſeptimo: *in nomine Domini quia ultus ſum in eos;* dicitis, in Graecis codicibus non inveniri, και τω ονοματι κυριου ημυναμην αυτους, id eſt, in nomine Domini ultus ſum eos, ſed in Latinis, ſub aſteriſco legendum eſt.

De centeſimo decimo octavo: *et meditabar in mandatis tuis, quae dilexi;* in Graeco vos legiſſe dicitis *vehementer* additum, ους ηγαπησα σφοδρα, id eſt, quas dilexi *vehementer*, ſed hoc ſuperfluum eſt.

In eodem: *et levavi manus meas ad mandata, quae dilexi;* in Graeco vos legiſſe dicitis,

πρὸς τας εντολας σε, id eſt, ad mandata *tua*; ſed et hoc ſuperfluum eſt.

In eodem: *cogitavi vias meas;* in Graeco vos legiſſe dicitis, διελογισαμην τας οδους σε, id eſt, cogitavi vias tuas; ſed hoc ſuperfluum eſt, et rectius vias meas legitur.

In eodem: *et converti pedes meos in teſtimonia tua:* in Graeco legiſſe vos dicitis, και επεστρεψα, id eſt, averti. Sed et hoc ſuperfluum eſt.

In eodem: *ego autem in toto corde ſcrutabor mandata tua;* in Graeco, εν ολη καρδια μου, id eſt, in toto corde meo, vos legiſſe dicitis: ſed hic *meo* ſuperfluum eſt.

In eodem: *anima mea in manibus meis ſemper;* et legem tuam non ſum oblitus. Pro quo in Graeco legiſſe vos dicitis, εν ταις χερσι σου: id eſt, anima mea in manibus tuis ſemper. Sed ſciendum eſt, et apud Hebraeos et apud Septuaginta, et apud omnes interpretes ſcriptum eſſe *in manibus meis*, et non *in manibus tuis;* quod hebraice dicitur bechafai, בכפי: et omnes apud Graecos Eccleſiaſtici interpretes iſtum locum ſic ediſſerunt: et eſt breviter hic ſenſus: quotidie periclitor, et quaſi in manibus meis ſanguinem meum porto: et tamen legem tuam non obliviſcor.

In eodem: *exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierunt legem tuam.* Pro quo in Graeco legiſſe vos dicitis: *quia non cuſtodivi legem tuam:* ſed hoc ſuperfluum eſt: quia et in Hebraeo legitur: rivi aquarum fluebant de oculis meis, quia non cuſtodierunt legem tuam.

In

In eodem: *pronuntiabit lingua mea eloquium tuum;* pro quo nuntiabit in Graeco φθεγξεται, vos legisse dixistis, quod verbum sive dicas *pronuntiabit* sive *effabitur* sive *loquetur*, id ipsum significat. Denique et nos de Hebraeo ita vertimus: Loquetur lingua mea sermonem tuum.

De centesimo decimo nono: *Domine libera animam meam a labiis iniquis, a lingua dolosa;* in Graeco legisse vos dicitis, et a lingua dolosa, *et* ergo superfluum est.

De centesimo vigesimo sexto: *beatus vir, qui implebit desiderium suum ex ipsis;* et in Graeco dicitis, *vir*, non haberi; μακαριος ος πληρωσει, id est, beatus, qui implebit: quod manifeste in Hebraeo et in Septuaginta Interpretibus continetur.

De centesimo vigesimo nono: *propter legem tuam sustinui te, Domine;* dicitis in Graeco vos legisse, ενεκεν τȣ ονοματος σȣ, id est, propter nomen tuum. Et nos confitemur, plura exemplaria reperiri. Sed quia veritati studemus, id quod in Hebraeo sit, simpliciter debemus dicere: pro *nomine* enim sive *lege*, apud eos legitur *thira*, quod Aquila interpretatus est φοβον, hoc est, timorem: Symmachus et Theodotio νομον, id est *legem*, putantes *thora*, propter litterarum jod י et vau ו similitudinem et formam, quae tantum magnitudine distinguuntur. Quinta editio, *terrorem* interpretata est. Sexta, *verbum*.

De

Notae.

*Pro nomine enim etc.*] *Bahrdt.* Hexapl. ita emendanda sunt secundum Hier. A. E. φοβον Σ. et Θ. νομȣ. ς. λογȣ. Αλλ. ονοματος.

De centeſimo triceſimo primo: *ſicut iuravit Domino;* votum vovit Deo Iacob. Pro eo, quod nos interpretati ſumus, *votum vovit*, in Graeco ηυξατο legiſſe vos dicitis, et putatis interpretari debuiſſe: *oravit Deum:* ſed hoc male: nam ευχη pro locorum qualitate, et orationem et votum ſignificat, ſecundum illud: *redde Domino vota tua*, id eſt, τας ευχας σε.

De centeſimo triceſimo quinto: *qui fecit luminaria magna;* dicitis, quia in Graeco inveneritis, τω ποιησαντι φωτα μεγαλα μονω, id eſt, qui fecit luminaria magna *ſolus.* Sed hoc de ſuperiori verſiculo eſt, ubi legimus: qui fecit mirabilia magna ſolus. Ibi ergo legendum eſt, et hic, quaſi ſuperfluum non ſcribendum.

De centeſimo triceſimo ſeptimo: *quoniam magnificaſti ſuper omne nomen ſanctum tuum:* in Graeco reperiſſe vos dicitis επι παντας, id eſt, ſuper omnes, ſed in Septuaginta legitur: οτι εμεγαλυνας επι παν το ονομα το αγιον σε, ſicut et nos in Latinum vertimus. Caeterum apud Hebraeos ita eſſe cognoſcite: quoniam magnificaſti ſuper omne nomen: hoc eſt, quod in coelo et in terra dici poteſt ſanctum, filium tuum.

In centeſimo triceſimo octavo: pro eo, quod eſt: *quia non eſt ſermo in lingua mea;* vos in Graeco inveniſſe dicitis, οτι ουκ εστι δολος εν γλωσσῃ μου, id eſt, quia non eſt *dolus* in lingua mea; quod

Notae.

επι παντα] ſecundum Hieron. επι παντα. Αλλ, habet, nec υπερ παντα ut *Bahrdt.* affert in Hex.

quod ſolum ſexta editio, interpretata eſt. Ceterum apud Septuaginta et apud omnes Interpretes, et ipſum Hebraicum, vel λαλιαν, vel λογον, id eſt, eloquium et verbum, ſcriptum habet: denique hebraice dicitur nilla מלה.

In centeſimo triceſimo nono: *funes extenderunt in laqueum.* Pro quo, in Graeco inveniſſe vos dicitis, και χοινιος διετειναν παγιδα τοις ποσι μου, id eſt, et funibus extenderunt laqueum pedibus meis: ſed in hoc loco ſuperfluum eſt.

In eodem: pro eo, quod eſt: *habitabunt recti cum vultu tuo:* in Graeco vos inveniſſe dicitis, και κατοικησουσιν, id eſt, et habitabunt recti cum vultu tuo, ſed hic coniunctio *et* ſuperflua eſt.

In centeſimo quadrageſimo: *Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum.* Pro quo in Graeco legiſſe vos dicitis, διεσκορπισθη τα οστα αυτων παρα τον αδην, id eſt: diſſipata ſunt oſſa eorum ſecus infernum; ſed et hoc ſuperfluum eſt.

In centeſimo quadrageſimo ſexto: *nec in tibiis viri beneplacitum erit ei;* pro *ei*, Domino legiſſe vos dicitis: quod non habetur in Graeco, ουδε εν τοις κνημαις του ανδρος ευδοκει, id eſt; neque in tibiis viri beneplacitum eſt. De eo autem, quod et vos in fine ſchedulae quaeritis, et ſanctus filius meus Avitus frequenter efflagit, quomodo Graeca

Notae.

λαλιαν] vel λογος apud omnes Interpr. et Sept. Non intelligo itaque, qui *Bahrdt.* ad l. c. velit, ſcribens: A. Σ. λαλια — — Σ. στεγολογια.

ca interpretanda ſint verba, breviter annotavi. Neomenia, menſis exordium eſt; quod nos ſecundum Latinae linguae proprietatem Calendas poſſumus dicere. Verum quia apud Hebraeos menſis ſecundum Lunae curſum ſupputatur et apud Graecos μην dicitur, απο της μηνης, νεομενια, quaſi Luna nova appellatur. Ερημος autem deſertum vel ſolitudinem ſignificat. Thronus vel ſedem vel ſolium, νυκτικοραξ ut diximus noctuam. Coenomya, non ut Latini interpretati ſunt, muſca canina dicitur per υ graecam litteram; ſed iuxta hebraicam intelligentiam per oe dipthongo debet ſcribi: ut ſit κοινομυια, id eſt omne genus muſcarum, ſed Aquila παμμυιαν, id eſt, omnimodam muſcam interpretatus eſt. Λαξευτηριον, pro quo Latinus aſciam vertit, nos genus ferramenti interpretati ſumus, quo lapides dolantur. Denique ex Hebraeo vertentes ita diximus. Et nunc ſculpturas eius pariter bipenni et dolatoriis deraſerunt: λαξευτεριον ergo dolatorium dici poteſt.

HIERO-

Notae.

*et apud Graecos etc.*] Vitiatum hunc locum eſſe, annotavit *Mar. Vict. Reat.* et ſubſtituit: *et apud Graecos μηνη Luna dicitur, απο της μηνης νεομηνια, quaſi Luna nova appellatur.*

# HIERONYMI IN PENTATEVCHVM MOYSI PRAEFATIO.

ARGVMENTVM PRAEFATIONIS SEQVENTIS.

*Praefatio in Pentateuchum, qua reddit rationem, quo consilio post editionem Septuaginta vetus Testamentum ex Hebraeorum voluminibus Latine verterit.* T. III. Opp. p. 10.

Desiderii mei desideratas accepi epistolas, qui quondam praesagio futurorum cum Daniele sortitus est nomen, obsecrantis ut translatum in latinam linguam de hebraeo sermone Pentateuchum nostrorum auribus traderem. Periculosum opus certe et obtrectatorum meorum latratibus patens, qui me asserunt in Septuaginta interpretum fugillationem nova pro veteribus cudere: ita ingenium quasi vinum probantes; cum ego saepissime testatus sim, me pro virili portione in tabernaculo Dei offerre, quae possim, nec opes alterius aliorum paupertate foedari.

Quod ut auderem, Origenis me studium provocavit, qui editioni antiquae, translationem Theodotionis miscuit, asteriſco et obelo opus omne distinguens: dum aut illucescere facit, quae minus ante fuerant; aut superflua quaeque iugulat et confodit, maxime quae Evangelistarum et Apostolorum auctoritas promulgavit; in quibus multa de veteri Testamento legimus, quae in nostris codicibus non habentur: ut est illud: *ex Aegypto*

*gypto vocavi filium meum:* Et: *quoniam Nazaraeus vocabitur:* Et: *videbunt, in quem compunxerunt:* Et: *flumina de ventre eius fluent aquae vivae:* Et: *quae nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quae paravit Deus diligentibus se:* et multa alia, quae proprium συνταγμα desiderant.

Interrogemus ergo eos, ubi haec scripta sint, et cum dicere non potuerint, de libris hebraicis proferamus!

Primum testimonium est in Osee: secundum in Esaia: tertium in Zacharia: quartum in Proverbiis: quintum aeque in Esaia: quod multi ignorantes apocryphorum deliramenta sectantur, et Hiberas naenias libris authenticis praeferunt. Causas erroris non est meum exponere.

Iudaei prudenti factum dicunt esse consilio, ne Ptolomaeus unius Dei cultor etiam apud Hebraeos duplicem divinitatem deprehenderet. Quod maxime idcirco faciebant, quia in Platonis dogma cadere videbatur. Denique ubicunque sacratum aliquid scriptura testatur de Patre et Filio et Spiritu Sancto, aut aliter interpretati sunt, aut omnino tacuerunt, ut et regi satisfacerent, et arcanum fidei non vulgarent. Et nescio, quis primus auctor, septuaginta cellulas Alexandriae mendacio

Notae.

*Quartum in Proverb.*] Haec verba unde hauserit Hier. ignoratur. Fortassis ex eis, quae perierunt, accepta sunt. Sch. in Opp. Hier. T. X. p. 113.

*quis primus auctor*] *Iustinus Martyr.* est primus auctor Saec. II. in admonitione ad Graecos, qui includit 72. interpretes in 72 cellulas, quarum ruinas in insula Pharos super-

dacio ſuo extruxerit, quibus diviſi, eadem ſcripſerint, cum Ariſteas eiusdem Ptolomaei ὑπερασπιστης, et multo poſt tempore Ioſephus, nihil tale retulerint, ſed in una baſilica congregatos, contuliſſe ſcribant, non prophetaſſe. Aliud eſt enim vatem, aliud eſt eſſe interpretem. Ibi Spiritus ventura praedicit, hic eruditio et verborum copia, ea, quae intelligit, transfert. Niſi forte putandus eſt Tullius Oeconomicum Xenophontis, et Platonis Protagoram, et Demoſthenis pro Cteſiphonte, afflatus rhetorico ſpiritu transtuliſſe. Aut aliter

Notae.

ſuperſtites ſe vidiſſe perhibet. Poſt eum *Epiphanius* de menſuris et ponderibus exſtruxit ſanctis ſimplicitate commotus 36 cellulas, in quarum unam vel alteram par interpretum ponit, qui V. T. hebr. in graec. ling. vertunt. Vid. Repertorium für bibliſche und morgenlændiſche Litteratur, erſter Theil, S. 273. ſqq. Leipzig 1777. *Edit.*

ὑπερασπιστης] id eſt, ſatelles et protector, a clypeo, cuius obtectu ſatellites tectant corpora principum. Feſtiviter autem vocat defenſorem regis, ſatellites. Hyperaſpiſtes, inquit, Hugo Cardinalis undiquaque ſui ſimilis, eſt *fidelis interpres*: ipſe parum fidelis interpres, ab hyper, quod eſt valde, et piſtis, fides, ſed aſſem interim donat pauperibus. Et tamen ſi hoc parum probatur, eſt altera interpretatio non minus lepida. Hyperaſpiſtes, inquit eſt notarius, ab hyper, quod eſt ſuper, et piſtam, aſſiſtens. Haec non referrem, niſi conduceret in commune, notari ſcriptorum huiusmodi non dicam imperitiam, ſed impudentem arrogantiam, perinde quaſi pecudibus ac truncis ſcribant, non hominibus, ut poſthac qui ſacrae Theologiae ſcientiam amant, ex bonis eam hauriant auctoribus.

*Oecon. Xen.*] Liber extat, translatio Tulliana periit, uti et Columellae.

*Protagoram*] Alii leg. *Pythagoram*: male: quod hoc titulo nullus ſit liber Platonis. Illo extat elegantiſſimus dialogus adverſus Sophiſtas, quamquam et hic a Ciceronе verſus intercidit.

aliter per Apoſtolos Spiritus Sanctus teſtimonia texuit, ut quod illi tacuerunt, hi ſcriptum eſſe mentiti ſunt.

Quid igitur? Damnamus Veteres? Minime, ſed poſt priorum ſtudia, in domo Domini, quod poſſumus, laboramus. Illi interpretati ſunt ante adventum Chriſti, et quod neſciebant, dubiis protulere ſententiis; nos vero poſt paſſionem et reſurrectionem eius, non tam prophetiam, quam hiſtoriam ſcribimus. Aliter enim audita, aliter viſa narrantur. Quod melius intelligimus, melius et proferimus.

Audi igitur aemule, obtrectator auſculta, non reprehendo Septuaginta, ſed confidenter cunctis illis Apoſtolos praefero. Per iſtorum os mihi Chriſtus ſonat, quos ante Prophetas inter ſpiritualia charismata poſitos lego; in quibus ultimum pene gradum interpretes tenent. Quid livore torqueris? Quid imperitorum animos concitas? Sicubi in translatione tibi videor errare, interroga Hebraeos; diverſarum urbium magiſtros conſule. Quod illi habent de Chriſto, tui Codices non habent. Aliud eſt, ſi contra ſe poſtea ab Apoſtolis uſurpata teſtimonia probaverunt, et emendatiora ſunt exemplaria latina quam graeca, et graeca quam hebraica. Verum haec contra invidos. Nunc te precor, Deſideri chariſſime, ut me quia tantum opus ſubire feciſti, et a Geneſi exordium capere, orationibus iuves, quo poſſim eodem ſpiritu, quo conſcripti ſunt libri, in latinum eos transferre ſermonem.

# HIERONYMI IN IOSVE PRAEFATIO.

ARGVMENTVM PRAEFATIONIS SEQVENTIS.

*Refellit calumnias aemulorum: et hoc opere confecto, pollicetur ſeſe ad intermiſſam Prophetarum interpretationem redituru[m].* Opp. T. III. fol. II. b. 12 a.

Tandem finito Pentateucho Moyſi; velut grandi foenore liberati, ad Ieſum filium Naue manum mittamus, quem Hebraei Ioſue ben Nun, id eſt, Ioſue filium Nun vocant; et ad Iudicum librum, quem Sophtim appellant: ad Ruth quoque et Heſter, quos eisdem nominibus efferunt. Monemusque Lectorem ut ſylvam Hebraicorum nominum et diſtinctiones per membra diviſas, diligens ſcriptor conſeruet, ne et noſter labor et illius ſtudium pereat: Et ut inprimis, quod ſaepe teſtatus ſum, ſciat, me non reprehenſionem Veterum nova cudere, ſicut inimici mei criminantur, ſed pro virili portione, offerre linguae meae hominibus, quod tamen noſtra delectant, ut pro Grae-

Notae.

*finito Pentateucho*] πεντε quinque, τευχος volumen, quod ea pars quinque conſtet Voluminibus.

*Ioſue ben Nauen*] dixit ad differentiam Ioſue filii Iofedech Sacerdotis. Libri ſacri habent: *Ioſua ben Nun.* — Lib. II. adverſ. Iovian. T. II. p. 64 a. C. nominat. *Ieſum Nauae.* Et T. IX. p. 68. a. B. — in Ieſ. fil. *Naue* volumine legimus. Unde Hieronymus acceperit, quae T. II. p. 24. a. L. I. adverſ Iovian. leguntur, „*Ieſus filius Naue, qui ante dictus eſt Auſe*" neſcio. Coll. epiſt. ad Pammach.

Graecorum ἑξαπλοις, quae et ſumptu et labore maxime indigent, editionem noſtram habeant, et ſicubi in antiquorum volumine lectione dubitarint, haec illis conferentes, inveniant, quod requirunt: maxime cum apud Latinos tot ſunt exemplaria quot codices, et unusquisque pro arbitrio ſuo, vel addiderit, vel ſubtraxerit, quod ei viſum eſt, et utique non poſſit verum eſſe quod diſſonat. Unde ceſſet arcuato vulnere contra nos inſurgere ſcorpius et ſanctum opus venenata carpere lingua, vel ſuſcipiens ſi placet, vel contemnens, ſi diſplicet, memineritque illorum verſuum: *os tuum abundavit malitia, et lingua tua concinnabat dolos: ſedens adverſus fratrem tuum loquebaris, et adverſus filium matris tuae ponebas ſcandalum: haec*

Notae.

*Pro Graecorum hexaplis*] Origenes compoſuit opus polyglottıcon, quod a veteribus modo τετραπλα, modo ἑξαπλα, modo ὀκταπλα, et forteſſis quoque ἐννεαπλα ſcil. βιβλια nominatur. vid. *Eichhorn.* l. c. T. I. p. 332. §. 169. Specimen huius operis invenies ib. p. 338. §. 170. *Edit.*

*arcuato*] arcuatum dixit ab arcu, quod in modum arcus inflectatur ıcorpius dum mordet. Sch. in Opp. T. X. p. 114.

*ſcorpius — venenata lingua*] In quibusdam regionibus morſus ſcorpii non lethiferus dicitur, ſcilicet in Marocco, et in inſula Zeilon; v. *Michaelis* orient. und exeget. Biblioth. T. XIX. p. 105. XX. p. 144. XXIII. p. 70. ſed *Neſebin* habet ſcorpiones lethiferos ib. T. I. p. 12. Ev miror, *Michaelis* loci illius Palaephati περι απιςων oblitum eſſe, in quo cap. V. ſcribit: ὀργισθεισα δε ἡ θεος· ανεδωκεν εκ της γης σκορπιον, ος αυτον πληξας κατα τον αςρα γολον, απεκτεινε. Plura loca ex itineratiis afferre poſſem de hoc morſu lethifero ſcorpionis, ſi opus eſſet. Luc. 10, 19. επανω ὀφεων και σκορπιων. *Scorpius* fuit ultor caſtitatis Dianae, qui Orionem morſu lethifero interfecit. *Edit.*

*haec feciſti et tacui. Exiſtimaſti iniquè quod ero tui ſimilis, arguam te et ſtatuam contra faciem tuam.*

Quae enim audientis vel legentis utilitas eſt, nos laborando ſudare et alios detrahendo laborare: dolere Iudaeos, ſed calumniandi eis et irridendi Chriſtianos ſit ablata occaſio, et Eccleſiae homines id deſpicere, imo lacerare, unde adverſarii torqueantur? Quodſi vetus eis tantum interpretatio placet, quae et mihi non diſplicet, et nihil extra recipiendum putant; cur ea, quae ſub aſteriſcis et obelis vel addita ſunt, vel amputata, legunt et negligunt? Quare Danielem iuxta Theodotionis traditionem eccleſiae ſuſceperunt? Cur Origenem

Notae.

*Daniel. — iuxta Theodotion. traditionem*] „Illud quoque lectorem admoneo, Danielem non iuxta ſeptuaginta interpretes, ſed iuxta Theodotionem eccleſias legere — Hieronym. in prooemio Commentar. in Dan. T. V. fol. 482. — Danielem Prophetam, iuxta ſeptuaginta interpretes — eccleſiae non legunt, utentes Theodotionis editione; et *cur hoc acciderit, neſcio.* *Idem* in praef. in Daniel. T. III. fol. 19. b. coll. *Michaelis* orient. und exeget. Biblioth. 1. Th. p. 187. *Eichhorn.* Einleitung ins A. T. 1ter Th. p. 372. §. 199. *Edit.* Origenes vero in nono Stromatum volumine aſſerit, ſe quae ſequuntur ab hoc loco (ſcil. cap. IV.) in Propheta Daniele, non iuxta ſeptuaginta interpretes; *qui multum ab hebraica veritate diſcordant*, ſed iuxta Theodot. editionem diſſeruere. Hieronym. cap. IV, 5. *Bahrdt.* in edit. Hex. Orig. p. 617. P. II. de hac re ſcribit: „Cum autem, ut ille ait, eccleſiae Danielem, non ſecundum „LXX. ſed ſecundum Theodotionem legerent, *hic contigit, ut editio των O. prorſus exciderit, et Theodotionis „ſola remanſerit.*“ Huc usque translatio LXX. interpretum Danielis ignota fuit, usque 1772. ex tetraplis Origenis Romae ex Chiſiano codice primum ederetur, et Goet-

norum et Hebraeorum characteres fuerint. In libro quoque Numerorum haec eadem ſupputatio, ſub Levitarum ac ſacerdotum cenſu myſtice oſtenditur. Et nomen Domini tetragrammaton in quibusdam graecis voluminibus usque hodie antiquis litteris invenimus. Sed et Pſalmi triceſimus ſextus, et centeſimus decimus octavus, et centeſimus quadrageſimus quartus, quamquam diverſo ſcribantur metro, tamen eiusdem numeri texuntur alphabetico. Et Hieremiae lamentationes, et oratio eius: Salomonis quoque in fine proverbia ab eo loco, in quo ait: *mulierem fortem quis inveniet?* eisdem alphabetis vel inciſionibus ſupputabantur. Porro quinque litterae duplices apud Hebraeos ſunt: Caph, Mem, Nun, Phe, Sade. Aliter enim ſcribuntur per has principia, medietatesque verborum, aliter fines. Unde et quinque a plerisque libri duplices aeſtimantur: Samuel, Malachim, Dibre haiomim, Esdras, Hieremias cum Cinnoth, id eſt, lamentationibus ſuis.

Quo-

Scholia ac notae.

chungs-Tafel 1. St. quae et in fine T. I. introduction. *Eichhorn.* in V. T. leguntur. *Edit.*

*Levitarum ac ſacerdotum cenſu*] Quod horum viginti duae familiae cenſeantur: vel quod vero propius eſt, quod omnes quos numeraverunt Moyſes et Aaron, iuxta praeceptum Domini, per familias ſuas in genere maſculino, a menſe uno et ſupra fuerunt viginti duo millia, ut habetur Numeror. cap. 3. Nam familiae viginti quatuor fuiſſe leguntur Paralipom. cap. 24.

*tetragrammaton*] Quod hisce quatuor ſcribitur litteris יהוה.

*duplices*] id eſt, duplici figura.

*Malachim*] alii *Melachim.* v. *Eichhorn.* l. c.

*haiomim*] alii *haiamim,* ib.

Quoniam igitur viginti duo elementa ſunt, per quae ſcribimus hebraice omne quod loquimur, et eorum initiis vox humana comprehenditur; ita viginti duo volumina ſupputantur; quibus quaſi litteris et exordiis, in Dei doctrina tenera adhuc et lactens viri iuſti eruditur infantia.

Primus apud eos liber vocatur *Breſchith*, quem nos Geneſin dicimus. Secundus *Elle Smoth*, qui Exodus appellatur. Tertia, *Vaiikra*, id eſt Leviticus. Quartus *Vaiedabber*, quem *Numeri* vocamus. Quintus *Elle habdorim*, qui *Deuteronomium* praenotatur. Hi ſunt quinque libri Moyſi, quos proprie *thora*, id eſt, legem appellant. Secundum prophetarum ordinem faciunt, et incipiunt ab Ieſu filio Nave, qui apud illos Ioſue Ben Nun dicitur. Deinde ſubtexunt Sophtim, id eſt Iudicum librum, et in eundem compingunt Ruth, quia in diebus Iudicum facta eius narratur hiſtoria. Tertius ſequitur Samuel, quem nos regnorum primum et ſecundum dicimus. Quartus Malachim, id eſt Regum, qui tertio et quarto regnorum volumine continetur. Meliusque multo eſt Malachim, id eſt regum, quam malachoth, id eſt



Scholia ac notae.

*quoniam*] alii *quomodo*. *Eichhorn*. in introd. V. T. T. I. l. c.
*Breſchith*] alii *Bereſith*. ib.
*Elle etc.*] alii *Veelle Semoth*. ib.
*Numeri*] alii *numeros*. ib.
*habdorim*] alii *haalbebarim*. ib.
*regnorum*] alii *Regum*. ib.
*Malachim*] alii *Melachim*. ib.
*malachoth*] alii *melachoth*. ib.

regnorum dicere. Non enim multarum gentium regna deſcribit, ſed unius Iſraelitici populi, qui tribubus duodecim continetur. Quintus eſt Eſaias. Sextus Ieremias. Septimus Ezechiel. Octavus, liber duodecim prophetarum, qui apud illos vocatur there aſar. Tertius ordo hagiographa poſſidet. Et primus liber incipit ab Iob; ſecundus a David, quem quinque inciſionibus et uno pſalmorum volumine comprehendunt. Tertius eſt Salomon, tres libros habens, proverbia, quae illi parabolas, id eſt, Misle appellant. Quartus Eccleſiaſtes, id eſt, coheleth. Quintus eſt canticum canticorum, quem titulo Sir haſirim appellant. Sextus eſt Daniel. Septimus dibre haiomim, id eſt, verba dierum, quod ſignificantius χρονικον totius divinae hiſtoriae poſſumus appellare, qui liber apud nos Paralipomenon primus atque ſecundus inſcribitur. Octavus Esdras: qui et ipſe ſimiliter apud Graecos et Latinos in duos libros diviſus eſt. Nonus Heſter. Atque itaque ita fiunt pariter veteris

Scholia ac notae.

*regna deſcr.*] alii *deſcr. regna. Eichhorn.* in introd. in V. T. T. I. l. c.

*parabolas*] παραβολη, ſimilitudo ſive collatio, ut *Cicero* vertit, a παραβαλλω confero, cum ſententia metaphorae involucro conveſtitur.

*parab. i. e. Misle*] alii: *quae illis Misle, id eſt, parabolas appellant. Eichhorn.* in introd. in V. T. T. I. l. c.

*eſt*] non legitur. ib.

*appellant*] alii *praenotant.* ib.

*chronicon*] χρονικα, graeci, annales latini vocant, cum res digeſta temporibus recenſetur.

*Paralipomenon*] παραλειπομενων, id eſt, omiſſorum; eſt hoc titulo liber Xenophontis.

*itaque*] abeſt. *Eichhorn.* in introd. in V. T. T. I. l. c.

teris legis libri viginti duo, id eſt, Moyſi quinque, et Prophetarum octo; hagiographorum novem; quamquam nonnulli Ruth et Cinnoth inter hagiographa ſcriptitent, et hos libros in ſuo putent numero ſupputandos, ac per hoc eſſe priſcae legis libros viginti quatuor, quos ſub numero viginti quatuor ſeniorum, Apocalypſis Ioannis inducit, adorantes agnem et coronas ſuas proſtratis vultibus offerentes, ſtantibus coram quatuor animalibus oculatis ante et retro, id eſt, in praeteritum et in futurum reſpicientibus, et indefeſſa voce clamantibus: Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus omnipotens, qui erat, et qui eſt, et qui venturus eſt. Hic prologus ſcripturarum, quaſi galeatum principium, omnibus libris, quos de hebraeo vertimus in latinum, convenire poteſt, ut ſcire valeamus, quicquid extra hos eſt, inter apocrypha eſſe ponendum. Igitur Sapientia, quae vulgo Salomonis inſcribitur, et Ieſu filii Sirach liber et Iudith et Tobias et Paſtor non ſunt in canone. Machabaeorum primum librum hebraicum reperi. Secundus graecus eſt, quod ex ipſa paraphraſi probari poteſt. Quae cum ita ſe habeant, obſecro te, Lector! ne laborem meum reprehenſionem exiſtimes antiquorum: In templo Dei offert unusquisque quod poteſt. Alii aurum, argen-

Scholia ac notae.

*quaſi galearum principium*] Opinor quod in ſummis malis, et in capite poni ſoleat galea.

*Igitur Sapientia — in canone*] Philonis eſſe opus Sapientiam Salomonis nomine inſcriptam, alibi dicit; ſicut Eccleſ. Ieſu filii Syr. eſt liber. Iudith et Tobias chaldaice ſcripti reperiuntur.

gentum, et lapides pretiosas: alii byssum et purpuram et coccum offerunt et hyacinthum. Nobiscum bene agitur, si obtulerimus pelles et caprarum pilos. Et tamen Apostolus *contemptibiliora nostra magis necessaria iudicat.* Unde et tota illa tabernaculi pulchritudo, et per singulas species ecclesiae praesentis futuraeque distinctio, pellibus texitur et ciliciis, ardoremque solis et iniuriam imbrium, ea quae viliora sunt, prohibent. Lege ergo primum Samuel et Malachim meum. Meum, inquam, meum. Quicquid enim crebrius vertendo et emendando sollicitus et didicimus et tenemus, nostrum est. Et cum intellexeris, quod antea nesciebas, vel interpretem me existimato, si gratus es; vel paraphraſten, si ingratus. Quanquam mihi omnino conscius non sim, mutasse me quippiam de Hebraica veritate. Certe si incredulus es, lege Graecos codices et latinos, et confer cum his opusculis, quae nuper emendavimus, et ubicunque discrepare inter se videris, interroga quemlibet Hebraeorum, cui magis accommodare debeas fidem, et si nostra firmaverit, puto, quod eum non existimes coniectorem, ut in eodem loco mecum similiter divinaverit. Sed et vos famulas Christi rogo, quae Domini discumbentis pretiosissima fidei myrrha, ungitis

Scholia ac notae.

*coniectorem*] Coniectores divinorum genus est, qui ex coniecturis futura quaedam aut arcana proferunt.

*pretiosissima fidei myrrha*] Quum exemplaria consentirent, non ausus sum immutare scripturam; tametsi sensus videbatur absurdus. Quando enim factum est, ut aliquis

gitis caput, quae nequaquam Salvatorem quaeritis in ſepulchro, quibus iam ad Patrem Chriſtus aſcendit, ut contra latrantes canes, qui adverſum me rabido ore deſaeviunt, et circumeunt civitatem, atque in eo ſe doctos arbitrantur, ſi aliis detrahant, orationum veſtrarum clypeos opponatis. Ego ſciens humilitatem meam, illius ſemper ſententiae recordabor? *Dixi cuſtodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiam; cum conſiſteret adverſum me peccator. Obmutui et humiliatus ſum, et ſilui a bonis.*

HIERO-

Scholis ac notae.

quis ungeret caput hominis vivi myrrha? Sed quidam codices anſam dederunt divinandi id, quod arbitror ab Hieronymo fuiſſe ſcriptum. In quodam enim legitur *myrrho*. Id, cum nihil ſignificaret, vertit in myrrhe. Unde nihil dubitandum eſt, quin Hieronymus ſcripſerit *myro*, μυρω, id eſt unguento. Alluſit enim ad mulierem quae effudit alabaſtrum unguenti pretioſi in caput Domini diſcumbentis. Et evangelica voce delectatus, maluit dicere μυρω, quam unguento: tum graeca vox aptior eſt. Nam Latinis unguentis oblinuntur et ſcabiosi: ſed Graecis μυρον non dicitur niſi fragrans et aromaticum.

# HIERONYMI
# IN LIBR. PARALIP. PRAEFATIO.

ARGVMENTVM PRAEFATIONIS SEQVENTIS.

*In nonnullis codicibus ex fragmentis primae praefationis, cuius initium: Tantis ac talis, et haec epistola nescio quis unam conflaverat praefationem, et arrisex connexerat: pro sed interiectum.*

Ex Opp. T. III. p. 13. b. 14. a.

SI Septuaginta interpretum pura, et ut ab eis in graecum versa est, editio permaneret, superflue me Chromati Episcoporum sanct ssime atque doctissime impelleres, ut hebraea volumina latino sermone transferrem. Quod enim semel aures hominum occupaverat, et nascentis ecclesiae roboraverat fidem, iustum erat etiam nostro silentio comprobari. Nunc vero cum pro varietate regionum, diversa ferantur exemplaria; et germana illa antiquaque translatio corrupta sit atque violata; nostri arbitrii putas aut e pluribus iudicare; quid verum sit, aut novum opus in veteri opere cudere, illudentibusque Iudaeis cornicum, ut dicitur, oculos configere. Alexandria et Aegyptus in

Scholia et notae tum ex Opp. Hier. tum editoris.

*cornicum, ut dicitur etc.*] Proverbium est apud Ciceronem pro Murena — *qui cornicum oculos fixerit etc.* Idem pro Flacco; et Macrobium, dici solitum de iis, qui re vehementer ingeniosa prodita, efficiant ut caeteri nihil scire videantur.

*Alexandria — vulgaverunt*] vid. de his *Eichhorn.* Einleit. in das A. Test. Thl. 1. p. 331. §. 168. p. 346. §. 175. p. 347. §. 176. *et seq.* pagg. et §§. *Edit.*

in Septuaginta ſuis Eſychium laudat auctorem. Conſtantinopolis usque Antiochiam Luciani Martyris exemplaria probat. Mediae inter has provinciae, Palaeſtinos codices legunt, quos ab Origine elaboratos Euſebius et Pamphilius vulgaverunt. Totusque orbis hac inter ſe trifaria varietate compugnat. Et certe Origenes non ſolum exempla compoſuit quatuor editionum, e regione ſingula verba deſcribens, ut unus diſſentiens, ſtatim caeteris inter ſe conſentientibus arguatur. Sed quod maioris audaciae eſt, in editione Septuaginta, Theodotionis editionem miſcuit, aſteriſcis videlicet deſignans, quae minus fuerant, virgulis, quae ex ſuperfluo videbatur appoſita. Si igitur alius licuit non tenere, quod ſemel ſuſceperant, et poſt Septuaginta cellulas aperuere, hocque in eccleſiis legitur, quod Septuaginta neſcierunt, cur me non ſuſcipiant Latini mei, qui inviolata editione veteri, ita novam condidi, ut laborem meum Hebraeis, et quod his maius eſt, Apoſtolis auctoribus comprobem? Scripſi nuper librum: *de optimo genere interpretandi*, oſtendens illa de evangelio: *ex Aegypto vocavi filium meum*: et: *quo-*

Scholia ac notae.

*Heſych.*] Aegypti Epiſcopus paſſus eſt ſub Diocletiano.

*Lucian.*] Fuit Presbyter Antiochenus et paſſus eſt ſub Maximino.

*exempla compoſuit*] Codices Brixiani et Florentini habent *exemplaria*, transalpini: *exempla*, quae varietas lectionis ſuſpicionem mihi fecit, legendum eſſe: *hexapla*, quae edidit Origenes ex diverſis editionibus. Verba: *quatuor editionum*: id eſt LXX. Aq. Symmach. et Theodot. non contradicunt verbo: *hexapla*; nam columnae binae hebraicae incluſae *hexapla* faciunt. *Edit.*

*quoniam Nazarenus vocabitur*: et: *videbunt, in quem compunxerunt*: et illud Apoſtoli: *quae oculus non vidit, nec auris audivit, et nec in cor hominis aſcenderunt, quae praeparavit Deus diligentibus ſe*; caeteraque his ſimilia, in Hebraeorum libris inveniri. Certe Apoſtoli et Evangeliſtae, ſeptuaginta interpretes noverant, et unde eis haec, quae in ſeptuaginta interpretibus non habentur? Chriſtus Dominus noſter, utriusque teſtamenti conditor in evangelio ſecundum Ioannem: *qui credit*, inquit, *in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquae vivae.* Utique ſcriptum eſt, quod Salvator ſcriptum eſſe teſtatur. Ubi ſcriptum eſt? Septuaginta non habent. Apocrypha neſcit eccleſia. Ad Hebraeos igitur revertendum eſt, unde et Dominus loquitur, et diſcipuli exempla praeſumunt. Haec pace veterum loquor, et obtrectatoribus meis tantum reſpondeo, qui canino dente me rodunt, in publico detrahentes et legentes in angulis, iidem et accuſatores et defenſores, cum in aliis probent, quod in me reprobant; quaſi virtus et vitium non in rebus ſit, ſed cum auctore mutetur. Caeterum memini editionem Septuaginta translatorum olim

Scholia ac notae.

*canino*] Pro quo alii legere voluerint: *genuini*; ſed genuinos et intimos molares eisdem eſſe dentes Cicero, dum ait: Dentibus in ore conſtitutis manditur, atque ab his extenuatur atque molitur cibus, eorum adverſi acuti morſu dividunt eſcas; intimi autem conficiunt, qui genuini dicuntur. *Canini* autem auctore Plinio inter latos, et acutos dentes poſiti ſunt. Ergo lectio: *canino dente* non eſt repudienda.

olim de Graeco emendatam tribuisse me nostris, nec inimicum debere existimari eorum, quos in conventu fratrum semper edissero. Et quod nunc Dibre haiomim, id est, verba dierum interpretatus sum, idcirco feci, ut inextricabiles moras et sylvam nominum, quae scriptorum confusa sunt vitio, sensuumque barbariem, apertius et per versuum cola digerem, mihimetipsi et meis iuxta Ismeniam canens, si aures surdae sunt caeterorum.

---

HIERO-

---

Scholia ac notae.

*iuxta Ismeniam*] Sic legendum, non *Ismenium*, ut alii volunt. *Edit.* Ridiculum dictu, quod Hugo Carrensis, sive quisquis alius is fuit, nam mihi subolet non unius hominis esse collectanea, ut in his arduis negotiis iuxta proverbium, ἀδελφος ἀδελφω παρειναι solet, Ismenium fluvium facit, iuxta quem Orgia Bacchi solita sunt celebrata. Aut si minus placet fluvius, ille Philosophum facit e fluvio, nimirum qua pollet auctoritate. Caeterum historiae meminit *Valer. Maximus* Libr. rer. memorab. 3. cap. 7. *Antigenidas tibicen discipulo docto, sed parum populo grato: Mihi, inquit, cane et Musis.*

# AD DOMN. ET ROGAT. IN PARALIP. PRAEFATIO.

ARGVMENTVM PRAEFATIONIS SEQVENTIS.

*Oſtendit utilem ſſe geographiam ad divinae Scripturae cognitionem. Duos Paralipomenon libros, qui apud Hebraeos unus eſt, cum Iudaeo quodam Tiberiadenſi diligenter collatos reſtituit. Ex hebraeorum voluminibus addita, ſtellatis praenotaverat, ab ſeptuaginta interpretibus adiecta, obeliſcis ſignaverat.*

Opp. Tom. III. pag. 14b. et 15a.

Quomodo Graecorum hiſtorias magis intelligunt, qui Athenas viderint: et tertium Virgilii librum, qui a Troade et per Leucaten, et Acroceraunia ad Siciliam, et inde ad oſtia Tyberis navigaverint; ita ſanctam ſcripturam lucidius intuebitur, qui Iudaeam oculis contemplatus ſit, et antiquarum urbium memorias locorumque vel eadem vocabula, vel mutata cognoverit. Unde et nobis

Scholia ac notae.

*A Troade — navigaverint*] Troas regio, in qua Troia fuit: Leucate promontorium Epiri; et Acroceraunia eiusdem Epiri montes, hinc dictos, quod ob celſitudinem crebro fulmine tangantur: verum in fronte, a Pindi finibus ad mare usque extenſi; extremoque ſuo promontorio ſecundum Europae ſinum a tergo, hoc eſt mare Adriaticum ab Ionio dirimentes: Horatius infames appellat ſcopulos: et Lucanus, ſcopuloſa Ceraunia nautae ſumma timent; altiſſimi perhibentur eſſe montes, propterea que ſaepe fulminibus percuti: unde et illis nomen.

*vel eadem vocabula*] Et hinc in gentes nonnunquam tenebrae, quod eidem loco ſaepenumero quaterna aut ſena ſunt

nobis curae fuit cum eruditiſſimis Hebraeorum hunc laborem ſubire, ut circumiremus provinciam, quam univerſae Chriſti eccleſiae ſonant. Fateor enim mi Domnion et Rogatiane chariſſimi, nunquam me in divinis voluminibus propriis viribus credidiſſe, nec habuiſſe opinionem meam, ſed ea etiam, de quibus ſcire me arbitrabar, interrogare me ſolitum; quanto magis de his, ſuper quibus anceps eram? Denique cum a me nuper litteris flagitaſſetis, ut vobis Paralipomenon Latino ſermone transferrem, de Tyberiade quendam legis doctorem, qui apud Hebraeos admirationi habebatur, aſſumpſi, et contuli cum eo a vertice, ut aiunt, usque ad extremum unguem: et ſic confirmatus, auſus ſum facere, quod iubebatis. Libere enim vobis loquor. Ita in graecis et latinis codicibus hic nominum liber vitioſus eſt, ut non tam hebraea, quam barbara quaedam et ſarmatica nomina coniecta arbitrandum ſit. Nec hoc ſeptuaginta interpretibus, qui Spiritu Sancto pleni, ea,

Scholia ac notae.

ſunt vocabula, veluti Iebus, Salem, Hieruſalem, Hieroſolyma, Aelia, eiusdem urbis vocabula ſunt. — Hieron. T. III. pag. 26 b. ſcribit de Melchiſedec: — regem urbis Hieroſolymae, quae primum Salem, poſtea Iebus, ad extremum Hieruſalem ſit appellata — et pag. 144 b. — quomodo Salem Sichem civitas appelletur, cum Hieruſalem — Salem ante dicta ſit &c.

*a vertice etc.*] Proverbium eſt, quo totum negotium, id eſt, a capite ad finem explicatur.

*Sarmatica nomina*] Sarmatae barbarie ſua nobiles olim erant, ut Thraces et Scythae. — Optandum eſſet, Hieronymo placuiſſe, haec Sarmatica nomina attuliſſe! *Edit.*

qui

ea, qua vera fuerunt, transtulerant, sed scriptorum culpae adscribendum, dum de emendatis inemendata scriptitant, et saepe tria nomina, subtractis e medio syllabis, in unum vocabulum cogunt, vel e regione unum nomen propter latitudinem suam in duo vel tria vocabula dividunt. Sed et ipsae appellationes, non homines, ut plerique existimant, sed urbes et saltus et provincias sonant, et oblique sub interpretatione et figura eorum quaedam narrantur historiae. De quibus in regnorum libro dicitur: *Nonne ecce haec scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda?* Quae utique in nostris codicibus non habentur. Hoc primum sciendum, quod apud Hebraeos liber paralipomenon unus sit, et apud illos vocatus *Dibre haiomim*, id est verba dierum, qui propter magnitudinem apud nos divisus est. Quod nonnulli etiam in Bruto Ciceronis dialogo faciunt, ut eum in tres partes secent, cum unus a suo auctore sit editus. Deinde etiam illud attendendum, quod frequenter nomina, non vocabula hominum, sed rerum, ut dixi, significantias sonant. Ad extremum, quod omnis eruditio scripturarum in hoc continetur, et historiae, quae vel praetermissae sunt in suis locis, vel perstrictae leviter, hic per quaedam verborum compendia explicentur. Orationum itaque vestrarum adiutus auxilio misi librum

Scholia ac notae.

*qui Sp. S. pleni*] Hoc Hier. Domnionis, ad quem scribit, animo tribuere videtur. Nam alias his diversa scripsit, nec id uno sane loco.

*in Bruto Ciceronis*] Sic vocat Cicero librum, in quo de claris oratoribus scribit.

librum Benevolis placiturum, tamen invidis displiciturum esse non ambigo. *Optima enim quaeque*, ut ait Plinius, *malunt contemnere plerique quam discere.* Si quis in hac interpretatione voluerit aliquid reprehendere: interroget Hebraeos suam conscientiam recolat; videat ordinem textumque sermonis; et tunc nostro labori, si potuerit, detrahat. Ubicunque ergo asteriscos, id est, stellas, radiare in hoc volumine videritis, ibi sciatis de Hebraeo additum, quod in latinis codicibus non habetur. Ubi vero obelus, transversa scilicet virga praeposita est, illic signatur, quid septuaginta interpretes addiderint, vel ob decoris gratiam, vel ob Spiritus Sancti auctoritatem, licet in hebraeis voluminibus non legatur.

HIERO-

Scholia ac notae.

*Optima — discere*] Non erubescit vir sanctus etiam Plinium citare: cum naluti quidam hodie piaculum esse putent, gentilitium uti testimoniis: quod tamen D. Hieronymo familiare admodum est.

*ubicunque ergo asteriscos*] Quis haec absque dolore legat, intelligens Hieronymi vigilias librariorum incuria periisse?

# HIERONYMI AD CHROMA ET HELIO IN TOBIAM PRAEFATIO.

ARGVMENTVM.

*Cum hic liber nec ſit apud Hebraeos, et inter Hagiographa cenſeatur, auctore Hieronymo, tamen a nobis inter praecipua receptus eſt.* Opp. Hier. T. III. p. 16 a.

Mirari non deſino exactionis veſtrae inſtantiam. Exigitis enim ut librum Chaldaeo ſermone conſcriptum ad latinum ſtylum traham, librum utique Tobiae, quem Hebraei de catalogo divinarum ſcripturarum ſecantes, his, quae Hagiographa memorant, manciparunt. Feci ſatis deſiderio veſtro, non tamen meo ſtudio. Arguunt enim nos Hebraeorum ſtudia, et imputant nobis contra ſuum canonem Latinis auribus iſta transferre. Sed melius eſſe iudicans Phariſaeorum diſpli-

Scholia ac notae.

*de catalogo — ſecantes*] *Hier.* in prooem. in Ion, T. VI. p. 97. *Liber Tobiae*, inquit, licet *non habeatur in canone*, tamen &c. coll. praefat. ej. in libr. Reg. — *et Tobias — non ſunt in canone.*

*feci ſatis etc.*] Quae verſio latina Hieron. libr. Tob. inter ea pertinet ſcripta, quae perierunt. Illos tantum verſus affert: *Fili, ecce ſenui, et in eo ſum, ut revertar de vita mea: Tolle filios tuos et vade in Mediam fili, ſcio enim quae locutus eſt Ionas Propheta de Ninive, quoniam ſubverteſur.* In Praefat. ad Ion. Proph. T. VI. p. 97. et Tob. 12, 8. Myſterium regis abſcondere, bonum eſt. T. VII. p. 69. in Comm. in eccleſ. c. VIII.

ſplicere iudicio, et epiſcoporum iuſſionibus deſervire, inſtiti ut potui. Et quia vicina eſt Chaldaeorum lingua ſermoni hebraico, utriusque linguae peritiſſimum loquacem reperiens, unius diei laborem arripui, et quicquid ille mihi hebraicis verbis expreſſit, hoc ego accito notario ſermonibus latinis expoſui. Orationibus veſtris mercedem huius operis compenſabo, cum gratum vobis didicero, me quod iubere eſtis dignati compleſſe.

## HIERONYMI IN IVDITH PRAEFATIO.

ARGVMENTVM.

*Non affirmat approbatum hunc in Synodo Nicaena, ſed ait, legitur computaſſe. Subiicitur hoc loco aliud argumentum, ſed indoctum et parum dignum Hieronymo, proinde non adiumſimus.*

Apud Hebraeos liber Iudith inter hagiographa legitur, cuius auctoritas ad roboranda illa, quae ad contentionem veniunt minus idonea iudicatur. Chaldaeo tamen ſermone conſcriptus, inter hiſtorias computatur. Sed quia hunc librum Synodus Nicaena in numero ſanctarum ſcripturarum legitur computaſſe, acquievi poſtulationi veſtrae imo exactioni, et ſepoſitis occupationibus, quibus vehementer arctabar, huic unam lucubratiunculam dedi, magis ſenſum e ſenſu, quam ex

verbo verbum transferens. Multorum codicum varietatem vitioſiſſimam amputavi; ſola ea, quae intelligentiâ integra in verbis Chaldaeis invenire potui, latinis expreſſi. Accipite Iudith viduam caſtitatis exemplum, et triumphali laude, perpetuis eam praeconiis declarate. Hanc enim non ſolum foeminis, ſed et viris imitabilem dedit, qui caſtitatis eius remunerator virtutem ei talem tribuit, ut invictum omnibus hominibus vinceret, et ipſuperabilem ſuperaret.

## HIERONYMI IN LIBRVM IOB PRAEFATIO.

Ex Opp. T. III. p. 17 a. ſeq.

ARGVMENTVM PRAEFATIONIS SEQVENTIS.

*Oſtendit ſe bis vertiſſe Iob, ſemel iuxta editionem ſeptuaginta, additis obelis et aſteriſcis: ac rurſum ex hebraeis voluminibus. Haec utra ſit, incertum eſt.*

Cogor per ſingulos ſcripturae divinae libros adverſariorum reſpondere maledictis, qui interpreta-

Scholia ac notae.

*Hier. in libr. Iob. praef.* ] Bis ſe vertiſſe libr. Iob, oſtendit in hac praefat. et T. II. p. 81. epiſt. ad Pammach. pro libro ſuo adverſus Iovian. ſcribit: *transtuli nuper Iob in linguam noſtram.* Huius translationis ex edit. ſeptuag., quae nobis periit, extat teſtis praefatio, cuius initium: *ſi aut fiſcellam junco texerem.* Translationis ex ipſis fontibus, hoc eſt, hebraeo, arabico, ſyroque ſermone, quod is liber mixta quadam lingua conſcriptus ſit, teſtae extat praefatio teſtis, cuius initium: *Cogor per ſingulos.*

pretationem meam reprehensionem septuaginta interpretum criminantur, quasi non apud graecos, Aquila, Symmachus, et Theodotio vel verbum

 e ver-

Scholia ac notae.

*gulos*. vid. index eorum, quae perierunt (scripta Hieronymi — in indicibus Opp. Hier. praemissis — ). Multa perierunt scripta Hieronymi, proh dolor! in quibus et Commentariis in Iob, de quo *Mar. Victor. Reatin.* Div. Hieronymus, ait, exponens Amos Prophetam, dum quinto illius capite de Leviathan mentionem facit, asserit de eo, illiusque natura *in volumine Iob plura dixisse*; ex quibus verbis apparet, illum expositiones in Iob edidisse. T. X. p. 210 b. Et T. XI. p. 25 b, sub voce *Creatura* legitur: Locus iste habetur in illo Iob vicesimo quinto capite: *stellae non sunt mundae in conspectu eius*: ex quo libet obiter annotare, quam *antiqua sit Commentariorum in Iob Hieronymo attributio*. De hoc perdito Commentario Hieronymi in Iob scripsit epistolam M. *Meibomius* d. d. Amsterdam. 2. August. 1684. ad Dr. *Io. Covell.* quae asservatur in Cod. Halej. n. 6943. his verbis: „ *Hieronymi Commentarium in Iob* nunquam editum eoque rarissimum iam multis annis apud me habeo. Vix ipse aestimans, quantum thesaurum possideam. Dixi tibi, cum illum Commentarium apud me videres, me specimine, locis ex eo Comment. descriptis, orbi litterario notum id facturum. Hoc tamen nescio, quibus meis occupationibus dilatum est. Vellem divitem emtorem et professionis religionis, si inveniri posset, ut *incorruptus* (!) in lucem publicam prodiret. Angliae episcopi, qui tantam pecuniam in alia erogant, S. Patris reliquiis conservandis et edendis pares essent. Vid. Neues Theolog. Iournal. von *Ammon*, *Flaenlein*, *Paulus*, 1796. 8tes St. S. 826. 832. — Mihi tantum unum Mscr. Comment. in Iob. notum est: scilicet ex Catalog. Biblioth. Hulsian. Hagae Comitum 1730. pag. 343. n. 5233. ubi legitur: „S. Hieronymi Commentarius in Iobum Mss. in Membranis, opus rarissimum, quod in operibus Hieronymi impressis nusquam reperitur. “ — Recte Mar. Victor. Comm. typis expr. non tribuit Hieron. sed Bedae; in extremo vol. scribit auct. se scripsisse in gratiam Vecterii; Vecterium autem Episcopum fuisse in Anglia tempore Bedae, ex historia eiusdem Bedae manifeste colligitur.

e verbo, vel ſenſum e ſenſu, vel ex utroque commixtum et medie temperatum genus translationis expreſſerint, et omnia veteris inſtrumenti volumina Origenes obelis aſterisque diſtinxerit, quos vel additos vel de Theodotione ſumptos, translationi antiquae inſeruit, probans defuiſſe, quod additum eſt. Diſcant igitur obtrectatores mei recipere in toto, quod in partibus ſuſceperunt: aut interpretationem meam cum aſteriſcis ſuis radere. Neque enim fieri poteſt, ut quos plura interimiſſe ſuſceperint, non eosdem etiam in quibusdam erraſſe fateantur, praecipue in Iob, cui ſi ea, quae ſub aſteriſcis addita ſunt, ſubtraxeris, pars maxima detruncabitur, et hoc duntaxat apud Graecos. Caeterum apud Latinos ante eam translationem, quam ſub aſteriſcis et obelis nuper edidimus, ſeptingenti ferme, aut octingenti verſus deſunt, ut decurtatus et laceratus corroſusque liber, foeditatem ſui publice legentibus praebeat. Haec autem translatio nullum de veteribus ſequitur interpretem, ſed ex ipſo hebraico arabicoque ſermone et interdum ſyro, nunc verba, nunc ſenſus, nunc ſimul utrumque reſonabit. Obliquus enim etiam apud Hebraeos totus liber fertus et lubricus, et quod Graeci rhetores vocant eſchematismenos, dum qui aliud loquitur, aliud agit, ut ſi velis anguillam vel murenam ſtrictis tenere manibus, quanto fortius preſſeris, tanto citius elabitur. Memini me ob intelligentiam huius voluminis

---

Scholia ac notae.

*Schematismenos*] ſcribendum: σεχηματισμενος, id eſt, figuratum, quod non ſit ſimplex oratio.

nis Lyddeum quendam praeceptorem, qui apud Hebraeos primus haberi putatur, non parvis redemiſſe nummis, cuius doctrina an aliquid profecerim, neſcio. Hoc unum ſcio, non potuiſſe me interpretari, niſi quod ante intellexeram. A principio itaque voluminis usque ad verba Iob apud Hebraeos proſa oratio eſt. Porro verbis Iob, in quibus ait: *pereat dies, in qua natus ſum, et nox, in qua dictum eſt, conceptus eſt homo:* usque ad eum locum, ubi ante finem voluminis ſcriptum eſt: *idcirco ipſe me reprehendo, et ago poenitentiam in favilla et cinere:* hexametri verſus ſunt, dactylo ſpondaeoque currentes, et propter linguae idioma crebro recipientes et alios pedes, non earundem ſyllabarum, ſed eorundem temporum. Interdum quoque rythmus dulcis et tinnulus fertur numeris pedum ſolutis. Quod metrici magis quam ſimplex lector intelligunt. A ſupradicto autem verſu usque ad finem libri parvum comma, quod remanet proſa oratione contexitur. Quodſi cui videtur incredulum, metra ſcilicet eſſe apud Hebraeos, et in morem noſtri Flacci Graecique Pindari et Alcaei et Sapphus, vel Pſalterium, vel lamentationes Hieremiae, vel omnia ferme ſcripturarum carmina comprehendi, legat Philonem, Ioſephum, Origenem, Caeſarienſem Euſebium, et eorum teſtimonio me verum dicere comprobavit. Audiant quapropter canes mei, idcirco me in hoc volumine laboraſſe, non ut interpretationem antiquam reprehenderem, ſed ut

Scholia ac notae.

*Sapphus*] alii: *Sappho*: male.

ut ea, quae in illa aut obſcura ſunt, aut omiſſa, aut certe ſcriptorum vitio depravata, manifeſtiora noſtra interpretatione fierent, qui et hebraeorum ſermonem ex parte didicimus, et in latino pene ab ipſis cunabulis inter Grammaticos et Rhetores et Philoſophos detriti ſumus. Quodſi apud graecos poſt ſeptuaginta editionem iam Chriſti evangelio coruſcante, Iudaeus Aquila et Symmachus ac Theodotio Iudaizantes haeretici ſunt recepti, qui multa myſteria Salvatoris ſubdola interpretatione celarunt, et tamen in ἑξαπλοις habentur apud eccleſias, et explanantur ab eccleſiaſticis viris, quanto magis ego Chriſtianus et de parentibus chriſtianis natus, et vexillum crucis in mea fronte portans, cuius ſtudium fuit omiſſa repetere, depravata corrigere et Sacramenta eccleſiae puro et fideli aperire ſermone, vel a faſtidioſis vel a malignis lectoribus non debeo reprobari. Habeant, qui volunt veteres libros vel in membranis purpureis, auro argentoque deſcriptos, vel uncialibus, ut vulgo aiunt, litteris onera magis exarata, quam codices, dummodo mihi meisque permittant pauperes habere ſchedulas, et non tam pulchros codices quam emendatos. Utraque autem editio et ſeptuaginta iuxta graecos et mea iuxta hebraeos in latinum meo labore translata eſt. Eligat unusquisque quod vult, et ſtudioſum me magis quam malevolum probet.

VARIA

Scholia ac notae.

*uncialibus etc.*] Uncialibus, i. e. magnis; nam uncia non ſolum ad pondus et ad numerum, verum et ad menſuram pertinet. Nonnulli codices habebant: *initialibus*: quod primores litterae ſoleant eſſe maiores, et inauratae nonnunquam.

# VARIA QVAEDAM.

I. DE EVANGELIO MATTHAEI HEBRAICO.

II. PHYSIOLOGVS.

III. DE VARIO NOTIONVM VARIARVM VIVENDI MODO ET RATIONE.

IV. DE GEOGRAPHIA HIERONYMI.

V. DE VERBIS QVIBVSDAM AEGYPTIACIS.

VI. DE VARIIS.

# I.

## DE EVANGELIO MATTHAEI HEBRAICO *).

Matthaeus, qui et Levi, ex publicano Apoſtolus, primus in Iudaea propter eos, qui ex circumciſione crediderant, *evangelium* Chriſti *hebraicum litteris verbisque compoſuit* **), quod quis poſtea in graecum transtulerit, non ſatis certum eſt ***). Porro ipſum hebraicum habetur usque hodie in Caeſarienſi Bibliotheca, quum Pamphilius martyr ſtudioſiſſime confecit. Mihi quoque a Nazaraeis,

Notae.

*) *De Evang. Matth. hebraic.*] cf. de hac re *Andr. Gottlieb Maſch*, Abhandlung von der Grundſprache des Evangelii Matthaei. Hal. 1755. 8. *Michaelis* Einleitung in die Schriften des neuen Bundes, — et in 2 Tim. 1, 6. S. 78. *Wagenſeil*, Diſp. de lingua authent. N. T. et *Pfeifferi* Critic. ſacr. p. 61. *Harwood's* Einleitung in das Studium des N. T. S. 198. — Plures auctores affert *Ioh. Simon*, in introductione grammat. crit. in linguam graecam. Hal. 1752. p. 234. ſq.

**) Matthaeus iam antea verbum Dei praedicaſſet, ſimulac in animo habuit ad alias gentes proficiſci, *evangelium ſuum patrio ſermone* conſcripſit. *Euſeb.* L. III. Cap. 18. cf. L. V. c. 8. et c. 10. — *Irenaeus* adv. haeret. L. III. c. 1. Ματθαιος εν τοις εβραιοις τη ιδια διαλεκτω και γραφην εξηνεγκεν ευαγγελιε — apud *Euſeb.* L. V. c. 8.

***) Matthaeus omnium primus ſcripſit *evangelium hebraico idiomate* ad eos, qui ex hebraeis crediderunt, poſt octo annos adſumti in coelos Chriſti. *Iohannes* vero *graece*, ut ferunt, interpretatus eſt. *Theophylact.* in proem. in Matth.

zaraeis, qui in Beroea, urbe Syriae hoc volumine utuntur, deſcribendi facultas fuit. In quo animadvertendum, quod ubique evangeliſta, ſive ex perſona ſua, ſive ex perſona Domini Salvatoris *veteris ſcripturae* teſtimoniis utitur, non ſequatur ſeptuaginta translatorum auctoritatem, ſed hebraicam, e quibus illa duo ſunt: ex Aegypto vocavi filium meum: et: quoniam Nazarenus vocabitur.

Hier. Opp. T. I. p. 171 a.

Primus omnium Matthaeus eſt publicanus, cognomento Levi, qui evangelium in Iudaea *hebraeo ſermone* edidit, ob eorum vel maxime cauſam, qui in Ieſum crediderant ex Iudaeis, et nequaquam legis umbram, ſuccedente evangelii veritate ſervabant.

Hier. Prooem. in Comment. ſuper Matth. T. IX. p. 11.

Matthaeus, qui *evangelium hebraeo ſermone* conſcripſit, ita poſuit הרשיעו בא ברמו.

Hier. Opp. T. III. p. 84 a. A.

Iuxta *evangelium* eorum, quod *hebraeo ſermone* conſcriptum legunt Nazaraei.

Hier. Opp. T. V. p. 42. G. Comment. in Eſ. XI.

Iuxta evangelium, quod *hebraeorum* lectitant Nazaraei.

Id. T. V. p. 204. B. in Prooem. ad Eſ. LXV.

In evangelio, quod *iuxta hebraeos* Nazaraei legere conſueverunt.

Id. ib. p. 366. E. in Comm. ad Cap. XVIII. Ezech.

Evangelium, quod ſecundum *hebraeos* editum nuper transtulimus &c.

In Comm. Cap. VII. Mich. T. VI. p. 129 a. C.

In

In evangelio, quo utuntur Nazaraei et Ebionitae, quod nuper in graecum *de hebraeo ſermone* transtulimus, et quod vocatur a plerisque Matthaei authenticum.

Id. T. IX. p. 30 a. D. in Comm. in Matth. Cap. XII.

In evangelio, quod hebraicis litteris ſcriptum eſt.

In Quaeſt. VIII. T. III. p. 98 a. C.

In evangelio, quod appellatur ſecundum *hebraeos*, pro ſuperſubſtantiali pane reperi מחר, quod dicitur craſtinum.

In Cap. VI. Matth. ad verb. *panem noſtrum* &c. T. IX. p. 18 b. H.

Hoc teſtimonium non invenitur in Ieremia. In Zacharia vero, qui penultimus eſt duodecim prophetarum quaedam ſimilitudo fertur, et quamquam ſenſus non multum diſcrepet, tamen et ordo et verba diverſa ſunt. *Legi nuper in quodam hebraico volumine, quod Nazarenae ſectae mihi hebraeus obtulit, Hieremiae apocryphum, in quo haec ad verbum reperi.*

Hier. ad Matth. 27, 7. T. IX. p. 66 b. H.

In

Notae.

*Nazaraei et Ebionitae*] Sunt, qui putant, evangelium hebraicum Matth. quo utuntur Ebionitae diverſum fuiſſe ab eo, quo uſi ſunt Nazaraei. Vid. Repertor. für bibl. und morgenl. Litterat. T. IX. p. 150. III, V. *Ebionitae* circa Damaſcum habitabant; Hieron. T. III. p. 182 a. *Nazaraei* in Berroea, urbs Syriae. Hier. T. I. p. 171 a. — Alia vero eſt Berroea civitas in Macedonia. T. III, p. 193 a.

*Hoc teſtimonium*] Matth. 27, 7.

*Hieremiae apocryphum*] Quidam ſomniantes affirmant, hoc volumen hebraicum, quod nuper legit Hieron. unum idem-

In evangelio iuxta hebraeos, quod chaldaico quidem syroque sermone, sed Hebraicis litteris scriptum est, quo utuntur usque hodie Nazareni secundum Apostolos, sive ut plerique autumant iuxta Matthaeum, quod et in Caesariensi habetur Bibliotheca.

T. II. p. 200. L. III. adv. Pelag.

De novo nunc loquor testamento, quod graecum esse non dubium est, excepto Apostolo *Matthaeo*,

---

N o t a e.

idemque fuisse, quod nominatur *evangelium secundum hebraeos*. Sed expressis verbis hoc nominatur: *Hieremiae apocryphum*. cf. Hier. epist. ad Pammach. T. II. p. 246. b. G. — Ieremiae apocryphum huius loci, non sermone hebraico, sed coptico, nec ad verbum cum textu hebraico congruens invenit *Woide* in Bibl. Bodleiana: N. S. *Huntinghs*. — Vid. *Michaelis* oriental. und exeget. Biblioth. T. IV. p. 207. sqq. coll. T. VII. p. 86. sq.

*chaldaico q. syroque* ] Si viri eruditi hunc locum legissent, non pugnassent contra textum hebraicum evangelii Matth. nec affirmassent, illud tantum chald. syroque sermone conscriptum esse posse. *Animadverto*, scribit *Mich. Henr. Reinhard.* in disp. philol. Wit. 1728. p. 7., *viros doctos plerumque pugnare contra ebraicum evangelium, cum, nisi omnia me fallunt, Patres de syriaco quodam intelligendi sunt. Quae sententia du Pinio diss. praelim. Bibl. T. II. c. 7. quoque placet. Patres tradunt, ab Ebionitis illud usurpatum. Num vero Ebionitae omnes ebraice norant, ea imprimis aetate, qua summa ignorantia erat Ebraismi? Potius ita existimandum, evangelium illud fuisse scriptum dialecto Antiocheno — syriaca, eamque quia Iudaeis vernacula erat*, dictam fuisse ebraicam, *id quod fieri videmus* Actor. XXI, 40. XXII, 2. quo de vid. Cel. *Loescherus* de caus. L. ebr. p. 82. §. — Iam in eo versor, ut loca huius evangelii ebraici, quae Hieron. aliique truncata et mutilata afferunt, colligam.

*excepto Apost. Matthaeo etc.* ] Si locum hunc non ignorasset *Maschius* l. c. aliter de lingua originali Evangel. Matth. iudi-

*thaeo*, qui primus in Iudaea *evangelium* Christi *hebraicis litteris* edidit.

Id. Opp. T. III. p. 21 a. in quatuor evangel. ad Damasc. praefat.

Matthaeum Evangelium hebraeis litteris edidisse, quod non poterant legere nisi hi, qui ex hebraeis erant.

T. VI. p. 34 a et b. Comm. in Hos. cap. XI.

## II.

## PHYSIOLOGVS.

Opp. T. IV. p. 79 b. et 80 a. ad Praesidium de cereo paschali.

T. IV. p. 193 a. de laude religionis, et de inductione ad eum. (Quo loco tantum de Colub. Serpent. Angu. Pellic. et Aquil. pene iisdem verbis hoc ordine loquitur.)

(Hic physiologus non quidem ab Hier. Strid. sed a pseudo-Hieron. scriptus tamen lectu dignus est, praecipue quum cell. *Tychsen* physiologum Syriace cum versione edidit, quocum conferendus.

Notae.

iudicasset. Ex quo vano loco et mihi apparere videtur, evangelium Matth. hebraicum ab evangelio, quo usi sunt Nazaraei, diversum fuisse, quod vero et in graecum versum est ab Hieronymo (Tom. IX.). Ergo non scribere potuisset: *quis postea in graecum transtuleris, non satis certum est.* T. I. p. 171 a. Sed alias de hoc plura.

*pene iisdem verbis*] Ex hoc sequi mihi videtur, auctorem epistolae ad Praefidium et de laude religionis &c. unum eundemque fuisse; aut, duos auctores ex uno eodemque fonte relata hausisse.

dus. Noſter habet XIV. animantes; S. Epiphanii XXV. et Syrus XXXII.)

1. *Pellicani*

cum ſuos a ſerpente filios occiſos, mortuos inveniunt, lugent, et ſe et ſua latera percutiunt, et ſanguine excuſſo ad corpora mortuorum ſi reviviſcunt.

2. *Aquila*

quando ſenuerit, gravantur ipſius pennae et oculi, quaeritque fontem, et erigit pennas, et colligit in ſe calorem, et ſic oculi eius ſanantur: et in fontem ſe ter mergit, et ita ad iuventutem redit.

3. *Phoenix*,

avis eſt in India, et per quingentos annos de Libano

Notae.

1. *Pellicani*] alii *pelecani* legunt. — Varias dare Pelicanorum ſpecies, *Oedmannus* Faſcic. III. cap. IV. der vermiſchten Sammlungen aus der Naturkunde zur Erklärung der heil. Schrift: probavit. Hoc loco eſt *pelecanus* graculus. — *Auguſtin.* in Pſ. CII. haud abſimilia his narrare, affert *Tychſen* l. c. p. 12.

*ſuos*] omittitur pag. 193 a.

*occiſos*] om. p. 193 a.

*ſua*] om. p. 193 a.

*ſi*] p. 193 a. et apud *Tychſen* l. c. *ſic* melius legitur.

2. *Aquila*] add. p. cit. *quoque*.

*quando*] *cum* leg. p. cit.

*ipſius*] *eius* leg. p. cit.

*quaeritque*] pag. cit. *et quaerit*. habetur.

*ter ſe*] mutato ordine vocabulorum pag. cit. leguntur haec duo voeab.

*ad iuventutem redit*] Quae Hier. Strid. de redita aquilae ad iuventutem habet, alias proferam.

3. Fa-

bano implet ſe aromatibus, et ſic nidificat ſacerdoti heliopolitano menſe Famenoth aut Farmuth. Implet aram ſacerdos ſarmentis, et ibi confert Phoenix aromata, et electrum arae imponit. Et primo ſolis ortu, Phoenix quidem movet pennas, ſolis vero calore accenditur electrum, et ſic exuruntur aromata, et ipſa Phoenix incenditur. Cruſtino

Notae.

3. Fabula de Phoenice ante iam CCL. annos ante Chriſtum natum in oriente teſte *Herodoto* L. II. 51. coll. *Plin.* L. X. 2. obtinuit, et numis nobilitata fuit. *Spanhem.* de uſſlit. et praeſt. num. antiq. Diſſ. V. p. 288. Quae *Frimzius* in hiſtor. animal. Dresd. 1688. 8. *de Phoenice* habet, non commendanda mihi videntur. — Incerti auctoris *de Phoenice* exſtat carmen elegans et lectu dignum, quod ab aliis Lactantio tribuitur, eiusque operibus annectitur, cuius initium eſt: *Eſt locus in primo felix oriente remotus etc.* coll. *Tychſen* l. c. p. 48. Non contemnenda mihi videntur, quae *Ge. Caſp. Kirchmaier* in diſputt. Zoolog. de Baſiliſco, Unicornu, *Phoenice*, Behemoth, et Leviathan, Dracone et Arabia habet. Ienae 1736. 4.

*India*] Orientis avem, quam *Phoenicem* vocant, in tantum ſine coniuge naſci vel renaſci conſtet, ut ſemper una ſit, et ſemper ſibi ipſi naſcendo vel renaſcendo ſuccedat. Symbol. Ruſin. T. IV. p. 71 b.

*nidificat ſacerdoti*] *Tychſen.* edit. habet poſt *nidificat* punctum; et pergit: *et indicat ſacerdoti.*

*heliopolitano*] i. e. in civitate ſolis.

*Farmuth*] Eſt Romanorum Aprilis; hebr. אביב; Aramaeor. ניסן; Arab. נישן (vulgi *ſcaban*; vid. *Dapperi's* Aegypten p. 146.) Aethiop. מיזי; Coptitarum ברמודי (quod noſtrum *Farmuth* eſt: ſciendum vero eſt, non ſemper nomina menſium Aegypt. et Coptitar. concordare, ut in ſequenti menſe, Roman. *Maio*, qui a Copt. בורברי, ab Aeg. vero *Bachom* nominatur; (cf. *Dapperi's* Aegypten p. 146.) Perſarum *Apan* (v. *Burton*, λειψανα &c. p. 12.) Incidit vel in poſtremos Martii, vel in primos Aprilis dies, ea ratione, ut interdum etiam primos menſis Maii dies complectatur.

ſtino die de cinere gignitur vermis: ſecundo pennas effert: tertio ad antiquam redit naturam, et ſic ad ſua loca revertitur.

4. *Anguis*

quando ſenuerit, perdit aſpectum, et ſi voluerit redire ad iuventutem, ieiunat quadraginta diebus, ut laxetur pellis eius, et ſic anguſtum foramen inquirit, ut dum nititur exire inde, pellem ſenectutis dimittat.

5. *Coluber*

ad bibendum veniens, in aqua venenum deponit, ne eum venenum aqua concretum occidat. Nudum hominem timet, veſtitum perſequitur, caput tamen ſuum caelat, quando percutitur, ubi ſcit eſſe mortem ſuam.

6. *Serpens*

quidem ſi ſemel calamo percutiatur, moritur: ſin vero

Notae.

4. *inquirit*] pag. 193 a. leg. *perquirit*.

*exire inde*] mutato ordine ib. leg. *inde exire*. — cf. *Tychſen* l. c. p. 56.

5. *coluber*] *Hier.* — ne totus aquilae violet. Comm. in Eſ. Cap. LXVI. T. V. p. 214. colubro mos eſt, ſub vernum tempus pellem abiicere. Eo exuvio, quod Graeci σύφαξ appellant, medici ad multa remedia utuntur. Vid. Schol. ad Libr. II. adverſ. Iovian. p. 67 b.

*nudum hom.*] Serpens, quando viderit aliquem venientem ad percutiendum: circulum facit totius corporis ſui, et in medio celat caput; ubi ſcit ſe habere vitam. *Vid. Hier.* Commentar. in Pſ. 139. T. VIII. pag. 162 a.

*perſequitur*] *proſequitur* in edit. Vallarſi, quam affert *Tychſen* l. c. — omiſſ. vero eſt p. 193 a. *veſtitum perſequitur*.

*caelat*] *Tychſen* edit. *celat*, quod et p. 193. legitur.

6. *ſemel*] om. p. 193 a.

vero iterum percutiatur, confirmatur. Brumali tempore infirmior efficitur, et a soricibus devincitur. Igitur ante hyemem circa se colligit segetes, ut illis escam praebeat.

7. *Viperae*

per os coitum faciunt, masculi mortem contemnunt, sed foemina in ipso coitu, sive magna dulcedine exagitata, sive futuri praescia periculi, dum absolet semen, caput masculi abscindit, et sic eum occidit. Sed cum conceperit, viscera illius ab ipsis quos concepit, comeduntur, et sic matrem occidunt.

8. *Formicae*

quae nil portant, non rapiunt onera earum, quae portant; sed cum deposuerit triticum, dividunt grana, timentes ne si fuerit pluvia, floreſcant.

9. *Vul-*

Notae.

*percusiatur*] ib. leg. in activ.

*sin*] ib. *si* legitur.

*brumali*] ib. *hyemali* habetur, quae lectio praeferenda videtur.

*colleg. seget.*] Mutato ordine vocab. *segetes collegit* — p. 193. legitur.

8. Quid Hier. Strido. de formica habet, legas T. VIII. Comment. in Ps. XCI. p. 110 b. *cogitat esse hyemem*; quod in Comm. in Epist. ad Cor. Cap. VI. his legitur verbis: *hyemem sperare venturam dicitur*. Et Tom. VII. p. 13 b. H. Comm. in Prov. Cap. VI. strenuus quisque et providus operator sic nuncupatur. De ingenio, industria, politia formicarum plusquam mira narrant auctores, nec minus comperta tamen leges apud *Plin.* L. II. Cap. 30.

*timentes*] om. edit. Vallarsi apud *Tychsen.* l. c. p. 81.

9. *Vulpes*

ſi diu eſurit, volutat ſe in pulvere, et fingit ſe mortuam. Ergo volatilia veniunt, et dum volunt illum comedere, comeduntur. Vulpecula cum leporibus ludit, et ſic illos occidit.

10. *Panther*

pardo ſimilis eſt, et eſt varii coloris, et mitis. Si ſaturatus fuerit, tribus diebus dormit. Poſt tertium diem lavat ſe et clamat, et ſic odorem ſuavem emittit, et convocat omnes feras, quae odore ducuntur. Et eſt omnibus feris amicus, praeter draconem et aſpidem.

11. *Teſtudo marina*,

quae eſt grandis ut inſula, dum emergit ſe de alto, oſtendit ſe in ipſo mari tanquam petram, nec ſe movet inde, quoadusque homines naves ligent. Et cum haec ſenſerit, trahit ſe in altum. Sed cum eſuruerit, aperit os, et bonum odorem reddit, ad quem caeteri piſces colliguntur.

12. *Per-*

Notae.

9. Vulpes apud *Tychſen* l. c. p. 42.

11. *Teſtudo marina*] *Euſtathius* nominat balneam. Cum Pſeudo-Hier. conſentit Phyſiol. Syr. apud *Tychſen*. l. c. p. 164.

*trahit ſe in altum*] *Tychſen*. l. c. affert *Olai Magni* verba in breviario hiſtoriae gentium Septentrionalium L. XXI. c. 18. edit. Lugd. Batav. 1652. 12. quae idem affirmat, cf. *Pontoppidanus* in hiſt. nat. Norvagiae T. II. c. VIII. §. 11. ſq. Fabulam habet *Tychſen*. p. 166. l. c. et putat, *dari quasdam ſaepe inſulas aut ſcopulos inſulae ſpeciem praebentis, et a mari obtectos, qui certis horis ob maris reteſſum deteguntur, quibus autem praeterlapſis mare rurſus accedit.* Quae ſententia minime ſpernenda mihi videtur, quum veteres navigantes nullo modo inveſtigatores et ſcrutatores naturae fuerint diligentiſſimi.

12. *Perdix*

aliena ova calefacit, perditis ſuis. Sed cum creverint pulli et nido evolant, et ad parentes ſuos redeunt, mentitum patrem omittentes. Perdices ſibi inſidiantur, et ſi afferant illos ad ſylvam, qui eos habent vocem emittunt abſconſi, et ſic caeteri veniunt, et retibus capiuntur. Plus pedibus quam pennis fugiunt aucupantes: et ſi ad hoc fuerit, ut capiantur, ſimilem ſibi colore lapidem quaerunt, et ibi ſe ſupinos ponunt.

13. *Vultur*

cum coeperit ova edere, primum de terra Indiae inſtintium ſumit, et eſt tanquam nux, et intus habet aliquid, quod movetur, et ſonum reddit. Hoc ſibi apponit, et multos quidem facit foetus,

 unus

Notae.

12. *Perdix*] Hier. Strid. cum hoc conſentit, dum ſcribit T. V. in Comment. ad Ierem. Cap. XVII. p. 256. a. *Aiunt ſcriptores naturalis hiſtoriae, tam beſtiarum et volucrum, quam arborum herbarumque, quorum principes apud Graecos, Ariſtoteles et Theophraſtus; apud nos Plinius Sec. hanc perdicis eſſe naturam, ut ova alterius perdicis id eſt, aliena furetur, et eis incubet, foveatque, cumque foetus adoleverit, avolare ab eo et alienum parentem relinquere.* — *Tychſen* habet de eo pag. 121. l. c.

13. *Vultures*] — trans maria, ut aquilae cadavera ſentire dicuntur. Hier. T. IX.

*de terra Indiae inſt. ſumit*] *Euſtathius* habet de hac re: ubi conceperit, in Indiam proficiſcitur, et lapidem, quem vocant eutocium (εὐτόκιον) ſuſcepit, ſuper quem, dum doloribus partus cruciatur, ſedet et parit. Eſt autem lapis rotundus veluti nux, et quum quatitur, veluti tintinnabulum ſonum edit, alio in utero lapide ſonante. *Tychſen* l. c.

*inſtintium*] forte *inſtitium*: *Tychſen* l. c. p. 108.

*foetus*] *Tychſen* legit: *fructus* l. c.

unus vero remanet. Nam cum non habuerint eſcam, obſervant ſe dormientes et comedunt ſe usque dum unus remaneat.

14. *Mirmicoleon*

ab ante leo, retro formica, de duabus feris naſcitur. Eſca vero ipſius imprimis et lac matris, id eſt, formicae. Nutritur enim mater legumine tanquam formica.

---

ADDERE

Notae.

14. *mirmicoleon*] alii *myrmicoleon*; et quidem rectius a graeco μυρμηκολεων; et latine vertend. *leo formicarius:* eſt parvum animalculum, formicis inſidians. *Bochart.* in Hieroz. P. II. p. 813. L. 17. Iob. IV, 11. *alii*, inquit, *animalculum volunt formicis infeſtum, alii animal ex formica et leone compoſitum, alii diabolum, alii ſcarabaei ſpeciem.* Idem p. 815. L. 28. dicit eſſe *leonis genus, de quo Agatharchides, Strabo, Aelian. Photius.* Et p. 816. L. 3. *perperam*, ait, *cum his leonibus a Solino et Heliodoro confundi formicas Indicas auri cuſtodes.* De nominis ratione variae coniecturae p. 816. l. 2. 3. Verba Strabonis L. VI. de hoc animali haec ſunt: *extremum Arabiae ultimae promontorium fert pardales fortiſſimas*, et leones, qui μυρμηκες, (i. e. formicae) *vocantur et genitalia averſa* (απεστραμμενα) *habent, et colorem aureum, nudiores arabicis.* Vid. Druſ. ad c. l. Iobi. Compoſ. ex μυρμηξ et χεων. LXX. interpret. μυρμηκολεων vertunt Hiob. 4, 11. vocab. hebr. לִישׁ, quod *leonem adultum, validum, ſtrenuum* notat. vid. *Simon.* Lex. hebr. edit. *Eichhorn.* p. 865. ubi teſtes huius ſignificationis legi poſſunt.

ADDERE PLACET, QVOD HABET

## HIERON. STRIDONENS. DE QVIBVSDAM ANIMALIBVS.

### 1. de *Aquila.*

1. *Aquila* certo tempore ſolet amittere plumas — et in Pſalterio ſcriptum eſt: *innovabitur ut aquilae ſenectus tua.* Et Comicus ἐν ἑαυτον τιμωρουμενω: *viſa eſt*, inquit, *vere quod dici ſolet, aquilae ſenectus.*

In Comment. in Mich. Cap. I. T. VI. p. 111 a et b.

2. *Aquila* cunctis avibus altius volitat, etiam hi, qui de natura avium diſputant, memoriae prodiderunt, tantique contuitus eſſe dicitur, ut cum ſuper maria immobili penna feratur, nec humanis pateat obtutibus, de tanta ſublimitate piſciculos natare videat, et cum iuxta littus fuerint, tormenti inſtar deſcendere, raptamque praedam pennis ad litus pertrahere.

In Comment. in Abdiam. Cap. I. T. VI. p. 93 a.

3. Crebro diximus, aquilarum ſenectutem revireſcere mutatione pennarum, et ſolas eſſe, quae iubar ſolis aſpiciant, et ſplendorem radiorum eius poſſint micantibus oculis intueri, pullosque ſuos, an generoſi ſint, hoc experimento probent.

In Comment. in Eſai XL. T. V. p. 132 a et b, T. XI. p. 92.

4. Aiunt,

---

Notae.

1. Pſalm. 103, 5. *renovabitur ſicut aquilae iuventus tua.*

2. *immobili penna*] ob tantam ſublimitatem, qua volitat aquila, oculus humanus, et acutus, mobilitatem alarum videre nequit. Pertinere mihi videtur ad deceptiones opticas.

4. Aiunt, qui de animantium ſcripſere naturis, omnium quidem beſtiarum et iumentorum et pecudum aviumque ingenitum eſſe in filios pullosque ſuos affectum; ſed maximum eſſe *aquilarum*, quae in excelſis et inacceſſis locis nidos collocant, ne coluber foetus violet: amethiſten quoque inter pullos eius lapidem reperiri, quo omnia venena ſuperentur.

In Comment. in Eſ. Cap. LXVI. T. V. p. 214 a. cf. T. XI. p. 30 b. Deut. 32, 11.

5. *Aquilae* et vultures etiam trans mare dicuntur ſentire cadavera, et ad eſcam huiuscemodi congregari.

In Comm. in Matthaeum Cap. XXIV. T. IX. p. 59.

## 2. De *Cervo*.

1. *Cervorum* natura eſt, ut ſerpentum venena contemnant, quin potius naribus ſuis eos extrahant de cavernis, ut interficiant atque dilacerent. Cum venenum coeperit intrinſecus aeſtuare, et quamvis eos non poſſit occidere, tamen ſitis ardorem et incendium tolerant, tunc illi fontes deſiderant, et puriſſimis aquis ferventia venena reſtinguunt.

Explanat. in Pſalm. 41. 2. *Cer-*

Notae.

5. *ad eſcam*] Hieron. quidem dicit: *aquilae dicuntur* &c. ſed Matth. 24, 28. Iob. 39, 30. dicuntur, ipſos exercitus ſequi, et cadavera veſci. *Bochart.* Hieroz. P. II. Libr. II. c. 2. p. 175. ſq. *Tzetzes*, *Büffon*, cum multis veteribus affirmant, aquilas nil mortuum tangere; *Forſkal.* vero in deſcript. animal. p. 12. habet: *aquila*, *Niſr*, *carne et cadaveribus veſcens*. cf. *Oedmanni* vermiſchte Sammlungen aus der Naturkunde &c. IItes Heft, Vorr.

1. *fontes deſiderant*] Pſ. 42. *ſicut cervus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus.*

2. *Cervus* interfector ſerpentum eſt — hoc animal ſerpentes occidit et ipſos comedit.

Comment. in Pſalm. CIII. T. VIII. p. 122 b. G.

3. Primum intelligendum eſt, quare vel qualiter deſiderat ad fontes aquarum *cervus*. Mos enim eis, ut inventum ſerpentem naribus hauriat: et poſt haec exardeſcens, extinguat ſitim.

Comment. in Pſalm. XLI. T. VIII. p. 51 a.

### 3. *Columba*

ablatos pullos non dolet.

T. VI. p. 23. C. D.

De agmine columbarum crebro accipiter unam ſeparat, quam ſtatim invadat et laceret, cuius carnibus et cruore ſaturetur.

Epiſt. ad Demetriadem.

### *De Apibus.*

Quicunque voluerunt de laudibus cerei dicere, plenisque, ut aiunt, ventis ingenii ſui intendere vela, et quaſi quaedam pelagi alta penetrantes, vicina abſcondere littora: ſtatim in orationis foribus renitet oratorem clamor, florum pratorumque deſcriptio: et in modum ſonantis aurae molli-

Notae.

2. *Cervus interfector ſerpentum*] Scholiaſt. veter. Homer. ελαφος, ait, ειρηται παρα το ελειν τας οφεις, οιονει ελοφις τις ων, i. e. *cervus dicitur* ελαφος quaſi ελοφις, *eo quod ſerpentes interimit*. *Plutarcho* vero παρα της ελξεως τα οφεως, *a ſerpentis attractione*, quia ſerpentes e cavernis extrahere dicuntur, nomen habere videtur.

*accipiter*] Virg. Aeneid. L. XI. v. 721.

Quam facile accipiter ſaxo ſacer ales ab alto
Conſequitur pennis ſublimem in nube columbam.

molliter verba cadentia, dum ſcribuntur *apes*, quod ſine coitu generantur et generant: quod ſolae concubitu liberae, natos ore legunt, arte compo-

nunt,

Notae.

*ſine coitu etc.*] Apes certe neſcire coniugis, nec foetus nixibus edere, omnibus palam eſt. Symbol. Rufini T. IV. Opp. Hieron. p. 71 b. G.

*generant*] Inter ſe diſſentiunt eruditi, quis ſit vir, quae foemina in regno apum. Varias ſententias legas in ſcriptis ſequentibus:

1) D. *Io. Chriſtian. Voigt*, in libro, cui titulum dedit: Gedanken über die Naturkræfte thieriſcher Kœrper in dem Zeugungsgeſchæfte, beſonders der Bienen ſ. l. 1778. „*Die Befruchtung der Kœnigin verrichten die gemeinen Bienenmœnnchen durch den Mund der Kœnigin. Die Bienenweibchen ſind die Drohnen-Mütter.*“ Quam ſententiam et in Reichs-Anzeiger Nro. CXV. p. 1333. ſq. 1799. attulit.

2) Anon. Gedanken über die drey Geſchlechtsgattungen der Bienen, des Weiſels, der Drohnen- und der Arbeitsbienen &c. Bayreuth, 1787. *Der Weiſel beſchwœngert die Bienen:* quae ſententia in libro praetitulato: Kœnigl. privil. preuſsiſcher Volksfreund. p. 1386. *Der Weiſer oder die Kœnigin ſey mœnnlichen — und die Bienen wœren weiblichen Geſchlechts:* coll. Reichs-Anzeiger l. c. nuperrime repetita eſt ab Anon.

3) *A. S. Schirach's*, Sæchſiſcher Bienenmeiſter, Leipz. 1784. „*Der Weiſel iſt, welches das wunderbarſte iſt, ohne alle mœnnliche Befruchtung — fruchtbar.*“

4) *Joh. Heumann*, phyſicaliſch-œkonomiſche Anleitung zu einer richtigen Kenntniſs der Bienen &c. Erſte Abtheil. Erlangen, 1797. *Die Kœnigin oder der Weiſel iſt die einzige Mutter des ganzen Geſchlechtes; nach vorheriger Begattung mit den Drohnen, legt ſie mœnnliche und weibliche Eyer.* —

5) Quam ſententiam fovet *Standtmeiſter* in libro: *wichtige Entdeckung in Betreff der Weiſelerzeugung* — me fugit.

*natos ore legunt*] Tres ſunt potiſſimum noviſſimae ſententiae de exiſtentia apum, quas legere potes in ſcriptis ſub titulis:

1) Nae-

nunt, et quadam ratione vitali, animas apiculis non de ſuo inferunt. Praeterea Virgilii totus Georgicorum liber profertur in medium. Rex advolans agmen inducit, tantoque ſtrepitu diverſa narrantur munia, ut militaribus caſtris intereſſe te credas.

Ad Praeſidium de Cereo paſchali. Tom. IV. p. 78 b. F.

## III.

## DE VARIO NATIONVM VARIARVM VIVENDI MODO ET RATIONE.

Opp. T. II. p. 53.

Quis ignoret, unamquamque gentem non communi lege naturae, ſed his quorum apud ſe copia

Notae.

1) Nähere Aufklärung der ſonderbaren Abſtammung der drey verſchiedenen Geſchlechtsarten der Bienen, nach phyſiſchen Grund- und Erfahrungsſätzen &c. von *Joh. Friedr. Steinmetz.* Breslau, 1776. 8.

2) Gedanken über die drey Geſchlechtsgattungen der Bienen, des Weiſels, der Drohnen- und der Arbeitsbienen. Nebſt &c. Bayreuth, 1787. 8.

3) Phyſicaliſch-ökonomiſche Anleitung zu einer richtigern Kenntniß der Bienen und derſelben nützlichern Behandlung. Aus &c. von *Johann Heumann.* 1te Abtheil. Erlangen, 1797. 8.

*Rex*] apis regina et Arabibus dicitur: ملكى النحل, rex apum.

*de vario*] cf. *Iſelins* Geſchichte der Menſchheit. Francof. et Lipſ. 1764. 1. Band. cap. III. p. 170. ſqq. qui ex Script. Strabon. Herod. Büffon aliorumque affert exempla, quibus haec addi poſſunt.

copia eſt, et veſci ſolitam? Verbi gratia: Arabes et Saraceni, et omnis eremi barbaria, camelorum lacte et carnibus vivit, quia huiuscemodi animal pro temperie et ſterilitate regionum facile apud eos et gignitur et nutritur. Hi nefas arbitrantur porcorum veſci carnibus. Sues enim, qui glande, caſtaneis, radicibus filicum et hordeo ali ſolent, aut raro apud eos, aut penitus non inveniuntur, et ſi inventi fuerint, alimenta non habent, quae ſupra diximus. E regione ſeptentrionales populos, ſi ad eſum aſinorum camelorumque compellas, ſimile putabant eorum veſci carnibus, ac ſi lupum comedere cogantur, aut corvum. In Ponto et Phrygia vermes albos et obeſos, qui negello capite ſunt, et naſcuntur in lignorum carie, pro magnis reditibus paterfamilias exigit. Et quomodo apud nos attagen et ficedula, mullus et ſcarrus, in deliciis computantur; ita apud illos ξυλοφαγον comediſſe luxuria eſt. Rurſum orientales et Libyae populos, quia per deſertum et calidam eremi vaſtitatem locuſtarum nubes

Notae.

*temperie*] alii legunt *tempore*, melius; ut intelligas aeſtum illius regionis non eſſe aptum caeteris animalibus nutriendis. Nam camelus aeſtus patientiſſimus eſt.

*radicibus filicum*] nam has eruunt roſtro. Eſt autem filix herbae ſylveſtris genus.

*in Ponto et Phrygia*] hos vermes paulo ſuperius vocavit coſſos.

ξυλοφαγον] *Plinius* teredinem appellat, quod denticulis exterat materiam, capite ad reliqui corporis portionem graviſſimo, Graeci ξυλοφαγον appellant, a ξυλον, ligno, et φαγειν comedere.

*luxuria*] vel hinc palam eſt, aliud eſſe luxuriam, aliud libidinem. Luxus eſt; ediſſe coſſos, non libido.

nubes reperiuntur, locuſtis veſci moris eſt. Hoc verum eſſe, Ioannes quoque Baptiſta probat. Compelle Phrygem et Ponticum, ut locuſtam comedat, nefas putabit. Coge Syrum, Afrum, et Arabem, ut vermes ponticos glutiat, ita eos deſpiciet, ut muſcas millepedas, et lacertos, quamquam Syri et crocodilis terrenis, Afri etiam lacertis viridibus veſci ſoleant. In Aegypto et Palaeſtina propter boum raritatem nemo vaccam comedit, taurorumque carnes et boum vitulorumque aſſumunt in cibis. At in noſtra provincia ſcelus putant, vitulos devorare. Unde et imperator Valens nuper legem per Orientem dederat, ne quis vitulorum carnibus veſceretur, utilitati agriculturae providens, et peſſimam Iudaizantis vulgi emendans conſuetudinem, pro altilibus et lactentibus vitulos conſumentis. Nomades et Troglodytae,

Notae.

*locuſtarum nubes*] Nubes appellat, quod magno agmine devolent, et nubis ſpeciem praebeant. Ex hoc loco revinci poſſunt, qui ſtultiſſime locuſtam, qua victitaſſe Baptiſta legitur, fruticem eſſe volunt, non animal.

*locuſtis veſci*] moris adhuc eſſe probat *Niebuhr* in deſcript. Arabiae 1772. Lipſ. pag. 169 — 174. cf. *Michaelis* Or. et exeg. Bibl. T. IV. p. 113. B.

*vermes ponticos*] de coſſis ſentit.

*lacertis viridibus*] Nam in hoc genere maculoſi formidabiles ſunt, et venenum habent.

*taurorumque carnes*] Foeminae parcunt, ob foeturam, maribus veſcuntur, quod pauci ſufficiant implendo armento.

*in noſtra provincia*] Dalmatiam intelligit.

*pro altilibus et lactentibus*] Non eſt dubium, quin hic locus ſit depravatus. Fortaſſe pro *alitibus*, legendum eſt; *altilibus*, ut intelligas *fuem altilem*; qui tum optimi ſunt, cum

tae, et Scythae et Hunorum nova feritas, semicrudis vescuntur carnibus. Porro Ichtyophagi gens errans in littore maris rubri, super petras solis calore ferventes assant pisces, et hoc solo alimento victitant. Sarmatae, Quadi, Vandali, et innumerabiles aliae gentes, equorum et vulpium carnibus delectantur. Quid loquar de caeteris nationibus, cum ipse adolescentulus in Gallia viderim Scotos, gentem Britannicam, humanis vesci

Notae.

cum adhuc sugunt mammam matris. Et ideo dixit Iudaizantis. Magis nutrit lactens porcellus, quem Graeci δελφακιον appellant, quam vitulus: et tamen illo contempto, hunc praeferebant.

*semicrudis vescuntur*] Imo apud Saxones et crudelis vescuntur hodie, praesertim suillis.

*Ichtyophagi*] Ιχθυς, piscis, φαγειν, edere. Inde nomen habent, quod piscibus ad solem siccatis victitent, ob inopiam rei frumentariae. cf. *Strabo* L. XV. et XVI. *Büffon*. Naturgesch. B. VI. p. 149.

*adolescentulus in Gallia*] Hieronymum et vixisse Treveris, et reliquam lustrasse Galliam, notum est. Sed quod fuerit adolescentulus, haud intelligo. Opinor enim post Romana studia una cum Bonoso Gallias adiisse.

*Scotos gentem*] Olim omnes insulae Britannicae vocabantur. Quamquam et hodie eadem est insula, Anglorum et Scotorum, in duos divisa reges. Meminerunt cosmographi de Anthropophagis Scythicae populo, qui carne humana vescebantur, veluti Pomponius Mela in descriptione Britanniae, et Strabo in IV. Geograph. suae libro, nisi quod hic ανδροφαγους, h. e. humanis vescentes carnibus in Hibernia Britanniae vicina ponit, non in ipsa Britannia, atque iisdem ascribit communitatem uxorum. Tametsi de carnibus hominum esitandis, magis putat ad Scytharum ritus pertinere. Addit idem factitatum a Gallis et Hispanis in obsidionibus, huc adigente commeatus inopia. Verum cum Hieronymus testetur, se vidisse gentem huiusmodi in Gallia, videre forte

ſci carnibus, et cum per ſylvas porcorum greges et armentorum pecudumque reperiant, paſtorum nates et foeminarum papillas ſolere abſcindere, et has ſolas ciborum delicias arbitrari. Scotorum natio uxores proprias non habet, et quaſi Platonis politiam legerit, et Catonis ſectetur exemplum, nulla apud eos conjunx propria eſt, ſed ut cuique libitum fuerit, pecudum more laſciviunt. Perſae, Medi, Indi et Aethiopes; regna non modica, et Romano regno paria, cum matribus et aviis, cum filiabus et neptibus copulantur. Maſſagetae et Derbices miſerrimos putant, qui aegrotatione moriantur, et parentes, cognatos, propinquos, cum ad ſenectam venerint, iugulatos devorant: rectius eſſe

Notae.

ſorte ſentiat de minore Britannia. Quamquam mihi ſane locus non videtur omnino carere mendo. — *Iſelin.* l. c. p. 172. 173. cui addendum *Pasqu.* de invent. rerum L. III. c. 10. de Maſſagetis, quod *Herod.* III. §. 49. de Paedaeis dicit. 174. cui addend.: zur Kunde fremder Vœlker und Lænder, II. Th. p. 200. Hamburger Magazin, I. B. St. 123. f. 1760. Certe Berchtoldus V. Dux Zaeringenſis carnium humanarum ita fuit avidus, ut etiam ſervos ſuos occidi et ſibi coqui mandaverit. *Lanſius* contr. Germ. p. 883. Abaga Can, Rex Tartarorum, Parvanam praefectum tanquam proditorem captum, mediumque diſſectum carnibus inter alias epulas coctisque cum proceribus devoravit. *Fulgoſius* L. IX. cap. 8.

*Platonis politiam*] Quod is tradiderit uxorum communitatem.

*Catonis exemplum*] Nam is uxorem communicavit Hortenſio.

*Maſſagetae*] Scythiae populi ſunt. cf. *Iſelin* l. c.

*Derbices*] Hos Pomponius in Scythia ponit, de quorum inſtitutis prodigioſa refert Strabo L. XI. — et Plinius L. VI. ponit Derbices iuxta Caucaſum. Meminit et hoc Euſebius L. I. praeparat. evangel.

esse ducentes, ut a se potius, quam a vermibus comedantur, Tibareni, quos dilexerint, senes suspendunt in patibulis. Hircani volucribus et canibus semivivos proiiciunt; Caspii iisdem bestiis mortuos, Scythae eos, qui a defunctis amati sunt, vivos infodiunt cum ossibus mortuorum. Bactri canibus ad hoc ipsum nutritis obiiciunt senes. Quod cum Alexandri praefectus Nicanor emendare voluisset, pene amisit provinciam. Coge Aegyptium; ut ovium lacte vescatur; impelle, si vales, Pelusioten, ut manducet cepe. Singulae pene in Aegypto civitates, singulas bestias et monstra venerantur, et, quodcunque voluerint, hoc inviolabile et sacrum putant. Unde et urbes quoque apud eos ex animalium vocabulis nuncupantur, *Leonto*, *Cyno*, *Lyco*, *Busiris*, *Thmuis*, quod inter-

Notae.

*Pelusioten*] A Pelusio ostio Nili uno e septem. In hos. iocatur Iuvenalis: *Porrum et cepe nefas violare, et frangere morsu, carnibus humanis vesci licet.*

*in Aegypto*] Gens Aegyptiorum idololatriae dedita est. Hier. T. V. p. 507 a. in Comm. ad Dan. XI.

*animalium vocabulis*] Non solum animalium vocabulis urbes ab Aegyptiis nominatae sunt, sed ab omnibus, quae iis sancta fuerunt; inde Ων, id est, Ηλιοπολις, *civitas solis*, in qua *Petrefes* sacerdos fuit. T. III. p. 164. Nec commutanda cum civitate *Non*, quae est Alexandria. ib. p. 192. Διοσπολις: al.

*Leonto*, *Cyno*, *Lyco*] a leone, a cane, a lupo — *Busiris* a Buliride, insepulto bovi, opera Isidis. In hac urbe summum templum erat Isidis, auctore *Stephano*. Inde Λεωντοπολις (de hac distinguenda est *Leontopolis*, quae a Leon Callinico anno 466. nomen accepit) Κυνωπολις, Λυκωπολις Graece dicuntur. *B.*

*Thmuis*] civitas est Aegypti, sacra Mercurio, quod Mercurius sub hirci specie quondam illic latitasset, cum dii fugis-

interpretatur hircus. Et ut sciremus, quales deos semper Aegyptus recepisset, nuper ab Adriani amasio urbs eorum Antinois appellata est. Pervides igitur, quod non solum in esu, sed et in sepulturis, et in connubiis, et in omni conversatione unaquaeque gens suo ritu et proprietatibus vigeret: et hoc eam naturae legem putare, quod didicit.

## IV.

## HIERONYMVS AD RVSTICVM MONACHVM DE VIVENDI FORMA.

Opp. T. I. p. 28 b.

– Navigantes rubrum mare – multis difficultatibus ac periculis ad urbem maximam veniunt:

Notae.

fugissent caelo, ob seditionem inter ipsos exortam. Coll. Hier. Comment. in Es. XLVI. T. V. p. 146. ubi eadem leguntur verba. *Ed.*

*Antinois*] Legerunt alii: *Antinous*, male. Eadem dicta est ἀνδριανοπολις sive melius Ἀδριανοπολις, id est, Adriani civitas.

*in sepulturis*] vid. et Von den Leichen der Morgenländer, aus Reisebeschreibungen zur Aufklärung der heiligen Schrift &c. Liber quam maxime laudandus! Coburg, 1782. ubi et aliorum populorum ritus enumerantur. *Edit.*

*Navigantes mare rubrum — ad Indiam*] Hier. Fabiolae: mare rubrum, per quod ad Indiam navigatur. Tom. III. pag. 28 b. M. ad Tribb. *Idem:* Dardano: a Mauritania per Aegyptum, Aphricam, Palaestinamque et Phœnicem, Coelen Syriam et Osrhoenem, Mesopotamiam atque

niunt: Utroque in littore gentes vagae, imo belluae habitant ferociſſimae. Latentibus ſaxis vadisque duriſſimis plena ſunt omnia, ita ut ſpeculator

Notae.

atque Perſidem tendunt ad Indiam. pag. 46 b. *Idem* de locis Hebr. — *Ailat* in extremis finibus Palaeſtinae iuncta meridianae ſolitudini et mari rubro: unde ex Aegypto Indiam, et inde ad Aegyptum navigatur. p. 176. *Edit.*

*mare rubrum*] Mare rubrum proprie dicitur: *ſinus arabicus*, Hebr. יַם סוּף, Arab. *Alkolzum*, ſive mare prope Kolzum, urbis parvae fine ſeptentrionali illius ſinus. Veteres incolae nominarunt יַם אֱדֹם, quoniam ad regionem mediterraneam Edom terrae fluit. Graeci vero *Edom* adiectivum eſſe putarunt, et hanc ob cauſam reddiderunt ἐρυθρὰ, rubrum. Vid. Hiſtor. univerſ. mundi T. II. p. 53 a. coll. Prideaux Connect. of the old &c. P. I. L. I. p. 10. 15. Suicer ſub hac voce. Fuller. Miſcellan. ſacr. L. IV. c. 20. Agatharſid. apud Phot. Bibl. ed. Steph. p. 1324. — Alii putant mare rubrum nomen accepiſſe ob arenam in ea regione rubram. *Thevenoth.* itiner. L. II. P. I. p. 237. Aliorum ſententia in eo conſiſtit, ut credant, mare rubrum nomen habere a colore rubro aquae, quod vero negatur habere in libro, qui titulo praenotatur: zur Kunde fremder Völker und Länder, II. Th. p. 56. Ad quaeſtionem prolatam: unde mare rubrum nomen acceperit? reſponſionem legas in libro, cui titulus eſt: vermiſchte Beytraege zur phyſicaliſchen Erdbeſchreibung. Brandenb. 1. B. 1. St. — Mare rubrum et nomen habet mare erythraeum, a rege, ut dicitur, cui nomen Erythras, de quo vero nihil notum eſt, quam nomen eius graecum — denotat — *rubrum*. *Robertſon's* hiſtor. Unterſuch. über die Kenntniſſe der Alten von Indien, von *Forſter* überſ. Berlin, 1792. S. 200. — Maris rubri lat. eſt 225 mill. germ. Vid. *Niebuhr*. Charte p. 358. libri ſic praetitulato: *Reiſebeſchreibung nach Arabien* &c. 2. Th. 1774.

*Latentibus ſaxa*] Cautes ſunt, quae hoc magis formidandae ſunt nautis, quod non eminent. Vada ſunt, quum ſubeſt fundus altior, nec ſatis eſt aquae ſuſtinendis navibus. *Opp. Hier.*

lator doctus in ſumma mali arbore ſedeat, et inde regendae et circumflectendae navis dictata praecipiet. Felix curſus eſt, ſi poſt ſex menſes ſupradictae urbis portum teneat, a quo ſe incepit aperire Oceanus, per quem vix anno perpetuo ad Indiam pervenitur, et ad Gangem fluvium (quem Phiſon S. S. memorat) qui circumit totam terram Euilath et multa genera pigmentorum de Paradiſi dicitur fonte devehere. Ubi naſcitur carbunculus et ſmaragdus et margarita candentia, et uniones, quibus nobilium foeminarum ardet ambitio, montesque aurei, quos adire propter gryphas et dracones

Notae.

*Felix curſus*] Eleganter curſum vocat navigationem. Significat autem per allegoriam bene nobiscum agi, ſi diuturno ſtudio tandem perveniamus ad perfectam pietatem. *Opp. Hier.*

*ad Gangem fluvium, quem Phiſon*] Vid. not. ad Hier. epiſt. ad Paulin. de lect. S. S. — de paradiſo exiens et pergens ad Indiae regiones, poſt quas erumpit in Pelagus. Dicit autem Ser. circumiri ab hoc univerſam regionem *Evilah*, ubi aurum praecipuum naſcitur et Carbunculus lapis et Praſinus. Hier. De loc. hebr. fol. 184 a. T. III. ſ. voc. Fiſon. — ubi aurum puriſſimum, quod hebr. dicitur Zaab, et gemmae praeciosiſſimae carbunculus ſmaragdusque naſcuntur; eſt autem regio ad or. vergens, quem circumit de paradiſo phiſo egrediens, quem noſtri mutato nomine *Gangem* vocant, ib. fol. 183 a. ſub voc. *Evila*, *Indiae* regio ab Hier. appellatur Tharſis. Epiſt. ad Marcell. Tom. II. pag. 52 b. G.

*Smaragdus*] ubi invenitur vid. *Michaelis* orient. et exeget. Bibl. Th. 23. p. 41.

*Gryphas*] Die Dichtung *von dem Greif* hat ſich nicht nur über ganz Aſien, ſondern auch bereits im Alterthum über Europa, verbreitet. Hier erſcheint aber dies Wunderthier in ſeiner vorzüglichen Geſtalt, und wir lernen zugleich das wahre Vaterland deſſelben kennen. Es

cones et immenſorum corporum monſtra, hominibus impoſſibile eſt. –

Opp. T. III. pag. 192 b.

*Aegypti* regio a ſeptentrione mare magnum ſinumque arabicum; ab oriente rubrum mare, a meridie oceanum, ab occaſu Libyam habet *); cuius inferiorem partem Nilus dextera laevaque diviſus, amplexu ſuo determinat. Canopico oſtio ab Africa, ab Aſia Peluſiaco, centum ſexaginta millium paſſuum intervallo: quam ob cauſam inter inſulas quidam Aegyptum retulere: ita ſe fun-

Notae.

gehört in eben den *Baktriſchen Gebirgen*, und der daran ſtoſsenden goldreichen Sandwüſte zu Hauſe, wo die andern Thiere herſtammen; denn glücklicher Weiſe hat ſich dieſe Nachricht nicht nur, ſondern auch die Beſchreibung des Thiers — aus Cteſias erhalten. Der Greif, berichtet *Aelian* aus dieſem Schriftſteller, iſt ein vierfüſsiges Thier; es hat die Füſse und Klauen eines Lœwen; ſein Rücken aber iſt mit Flügeln bedeckt. Der Vordertheil iſt roth; die Flügel ſind weiſs; der Hals iſt blau. Sein Kopf und ſein Schnabel ſind wie des Adlers. Er niſtet auf den Bergen, und wohnt in den Küſten, *wo er das Gold hütet*. Six libro: Ideen über die Politik, den Verkehr, und den Handel der vornehmſten Vœlker der alten Welt, von *A. H. L. Heeren*. Gœttinq. 1798. deſcribere volui: Neues theolog. Iournal. IX. B. II. St. p. 172.

*) Libyae provinciae duae ſunt: una *Libya Cyrenaica* — et partes Libyae, quae eſt circa Cyrenen. Haec porta Aegypti in parte Africae prima eſt: et mari Libyco cognomen dedit: poſt quam *Libya Aethiopum* usque ad meridianum pertingens Oceanum. In Loc. hebr. ſub voc. *Libyae* — T. III. fol. 193 b.

*Nilus*.] ex Aethiopia in Aegyptum fluit, T. V. p. 54. habet aquas turbidas. T. V. p. 223. *Geon* fluvius, qui apud Aeg. Nilus vocatur, in paradiſo oriens et univerſam Aethiopiam circumiens. T. II. p. 184. de L. Hebr.

fundente Nilo utrinque, ut Δ figuram efficiat, vocabulo Deltam appellavere. Aegypti vero mensura ab unitate alvei, unde se primum findit in latera, ad Canopicum ostium, centum sexaginta sex millibus passuum; ad Pelusiacum, ducentorum quinquaginta sex.

*Aethiopum* regio ab Indo flumine consurgens, iuxta Aegyptum inter Nilum et Oceanum in meridie, sub ipsa solis vicinitate iacet: quorum tres sunt populi: Aegypti, Hesperiae et Occidentis.

Opp. T. III. p. 190 a. de locis hebraicis.

*De deserto Sur et Cades.*

Extenditur desertum *Sur* usque ad mare rubrum, quod ad Aegypti confinia pervenit. *Cades* solitudo est super urbem Petram: scriptura et desertum *Cades* contra faciem Aegypti extendi memorat: ad quod primum venere Hebraei rubro mari transuadato. — *Sin* desertum inter mare rubrum et solitudinem *Sina*. — Desertum autem *Sin* dicit esse scriptura, quod et *Cades*: sed hoc iuxta Hebraeos. Caeterum in LXX. interpretibus non habetur.



Notae.

*ad Aegypti*] — Aegypto iungitur: ad quem populus transit fretum rubri maris pervenit. T. III. p. 184 b.

*Cades*] usque ad Saracenorum eremum extenditur. T. III. ib. Saracen. eremum vero est desertum Pharan. T. III. p. 184 a. sub *Faran*.

## HIERONYMVS MARCELLAE.

T. III. pag. 52 b.

### *De Tharsis.*

Nuper cum Rheticii Auguſtudunenſis epiſcopi — commentarios in canticum canticorum perlegiſſem, quod hebraei vocant ſir haſirim, vehementer miratus ſum, virum eloquentem — *Tharſis* urbem putaſſe Tharſum, in qua Paulus Apoſt. natus ſit. — Habuerat utique et in Ezechiele id ipſum verbum, ubi de quatuor animalibus ſcribitur: et ſpecies rotarum ſicut ſpecies Tharſis. Et in Daniele de domino: et corpus eiusdem ut Tharſis: quod Aquila Chryſolithum, Symmachus Hyacinthum interpretantur. Et in pſalmo: in ſpiritu violento conteres naves Tharſis. Et inter lapides, qui in ornatu ſacerdotis, tribuum nominibus ſculpti ſunt, eiusdem lapidis nomen inſeritur: et omnis fere ſcriptura, hoc vocabulo referta eſt. —

Quaeris ſi Tharſis lapis Chryſolithus ſit, aut Hyacinthus, ut diverſi interpretes volunt, ad cuius coloris ſimilitudinem Dei ſpecies ſcribatur: quare

---

Notae.

*Symmachus hyacinth.*] ex hoc loco *Bahrds.* edit. Hexapl. Orig. emendari poteſt, qui habet: Σ. Θ. ὡσεὶ θαρσεὶς, quum tamen legendum: Σ. ὡσεὶ ὑακινθον; Θ. ὡσεὶ θαρσεις. *Bahrdt.* hunc locum non legit, ſed tantum Hieron. in Danielem. v. p. 618. l. c. — Ὑακινθοι optimi inveniuntur, in Ceylan, et Adami monte, qui arab. راهون *Rahun* dicitur. Plura de yacinth. legas in *Ravii* excerptis Teiſaſchi de gemmis, Traiect. 1785. pag. 81. ſeq. coll. *Michaelis* oriental. und exeget. Biblioth. T. XXIII. pag. 39. ſeq.

quare Ionas Propheta, Tharſis ire velle dicatur, et Salomon et Ioſaphat in regnorum libris naves habuerint, quae de Tharſis ſolitae ſint exercere commercia? Ad quod facilis eſt reſponſio, homonymum eſſe vocabulum, quod et Indiae regio ita appellatur, et ipſum mare, quia coeruleum ſit, et ſaepe ſolis radiis percuſſum, colorem ſupradictorum lapidum trahat, et a colore nomen acceperit. Licet Ioſephus τ pro Θ littera mutata, Graecos putet Tarſum appellare pro Tharſis, —

*Charchedon*, id eſt, Carthago, cuius Eſaias et Ezechiel in viſione Tyri recordatur, pro quo in hebraeo *Tarſis* ſcriptum eſt. —

T. III. pag. 181 G.

Opp. Hier. T. III. p. 177. de loc. hebr.

Hebraeus affirmat, montem Aermon Paneadi imminere, quem quondam tenuere Aevei et Amor-

Notae.

*regnorum*] vid. ſupra.

*Indiae*] vocabulum Indiae veteribus non unius regionis nomen eſt. Indiae regio eis in oriente eſt, quae in aquilone Scythiae regio. Indiae regio eſt Aethiopia, quod *Freret* T. VIII. Memoires de l'Academie des inſcriptions, doctiſſime explicavit; Arabia felix; vid. *Michaelis* orient. und exeget. Biblioth, T. X. p. 109. et ej. Chreſtomath. Syriac. p. 16. 17. et ej. vermiſchte Schriften, T. I. p. 126. *), Perſia, Syria, Caucaſus, Ioppe, Palaeſtina tota. — *Ditkinſon.* Delph. Phoenic. c. IV. p. 40. ſeq. affert ſententias Graecorum, quales regiones ſub vocabulo Indiae ſenſu latiſſimo intellexerunt. *Selden* de diis Syris p. 5. ſcribit: *qui ultra Syriam Indi. Xenophon* in Cyropaed. L. I. habet Indiam et inter mare nigrum et Caſpicum; de qua ſcribit *Cludius* in T. XIV. Repertor. für bibl. u. morgenländ. Litteratur.

*Ille vacuus*] ſcil. quem habuit praeſectorem.

*Aermon*]

Amorraei; *de quo nunc aestivae nives Tyrum ob delicias deferuntur.*

## V.

## DE VERBIS QVIBVSDAM AEGYPTIACIS.

Opp. Hier. T. IV. p. 181 a.

Tria sunt in Aegypto monachorum genera: primum *Coenobitae*, quid illi *Sauses* gentili lingua vocant, secundum *anachoritae* — tertium genus est, quod ipsi *remoboth* dicunt. —

Opp. T. II. p. 55. E.

Cubile

Notae.

*Aermon*] Hebraeis dicitur *Hermon*; Sidoniis *Sarion*; Amorrhaeis *Sanir*; T. III. p. 177. T. II. p. 11. a. C. Opp. Hier. coll. *Michael.* oriental. und exeget. Bibl. T. X. p. 92. ubi scribit: *Sanir* ley der Name des Bergs Libanon in der Gegend von Damask. — Hier. T. III. p. 177 b. scribit: „Antilibanus appellatur circa regionem Damasci" — Phoenicibus: Sanior. T. III. p. 177. T. II. p. 11 a. C. Opp. Hier.

*aestivae nives*] *Michael.* l. c. p. 86. T. XVII. p. 104. scribit: *Auf dem Libanon ist ewiger Schnee.*

*Tria*] de tribus antiquis generibus Monachorum, et *quarto* nuper exorto — T. I. p. 206 b. C. — Theodos. et Valentin. regnantibus — ib. p. 176 b. H.

*monachorum*] Fundator Aegypti coenobiorum fuit *Pachumius* in Gennadii Catal. illustr. viror. T. IV. p. 173 a. C. qui et T. I. p. 202 a. legitur. Aegypten — hat die *Monche*, eine stehende Pest verbreitet, und im Staate und in der Menschheit mehr Unheil als irgend eine Pest angerichtet. *Schlozzer's* Vorstell. der Universal. Histor. 2. edit. Goetting. 1775. S. 26.

*coenobitae*] de fine *coenobitae*, *eremitae*, in Gennadii Catal. ill. vir. sub *Cassianus* T. I. p. 206. T. IV. p. 176.

Cubile eis (monach. in Aeg.) de foliis palmarum, quas *baias* vocant, contextum erat: scabellum acclive, et ex una parte obliquum, in terra pro pulvillo capiti supponebant, bidui, triduique inediam sustinentes.

T. III. pag. 189.

— quae et sacerdotem *petrefem* patrem *Asneth* habuit. —

ib. pag. 197.

*Sontonphanech* corrupte dicitur: nam in Hebraeo legimus *Zaphanetphane* *), quod interpretatur: absconditorum repertor. Porro ab Aegyptiis didicimus, quod in lingua eorum resonet: *Salvator mundi*.

T. IV. p. 192 b. de laborib. manuum.

Aegyptiorum monasteria hunc morem tenent, ut nullum absque labore atque opere suscipiant, non tam propter victus necessitatem, quam propter animae salutem: ne vagetur pernicioſis cogitationibus mens —

T. IV. p. 173 a. C. Genadii Cat. ill. vir.

— ut in unum antiquius monasterium, quod lingua Aegyptiaca vocatur *Baum* congregati, Paschae diem velut aeterna lege concelebrent. —

Opp. Hier. T. II. p. 52 b. L. II. adv. Iovian.

Carnes viperae, unde theriaca conficitur, quantis rebus aptae sint, norunt medici. Segmen-

ta,

Notae.

*) in Comm. in Dan. Cap. I. T. V. p. 483. *Saphanat phaneth* scriptum reperi.

*theriaca*] Θηρ graece, nonnunquam pro venenata bestia accipitur, et maxime pro vipera. Nam suo nomine Graecia

in eboris in medelas variis assumuntur. Fel hyenae oculorum restituit claritatem, et stercus eius putrida curat vulnera. Et, quod forsitan legenti mirum sit, hominis fimus quantis curationibus proficiat, Galenus ἐν ἁπλοις docet. Aiunt Physici, quod pellis Colubri, qua exuitur, decocta in oleo;

Notae.

cis vipera dicitur echidna. Ridiculum vero, quam fabulam medicorum vulgus narret hodie de Tyro serpente, unde theriacam confici volunt.

*segmenta eboris*] Meminit huius et Dioscorides. Pulverem sive scobem, ut appellat Plinius, ex osse dentis elephantini, mederi unguium vitio, quod appellant παρωνυχιαν. Habet enim vim stypticam. Plinius tradit sanguinem huius animantis praecipue maris sistere, rheumatismum: ramento eboris tolli nubeculam in facie.

*fel hyaenae*] Hyaena animal est noxium, et adeo avidum corporum humanorum, ut hac de causa sepulchra quoque eruat; quod nullum aliud animantium facit. Vulgus (apud Bochartum in Hieroz. T. I. p. 832. Quibus add. *Clemens Alexandr.* Paedagog. L. II. p. 139. edit. Lugd. 1616. *Edit.*) putat esse utriusque sextus, sed Aristoteles (Libr. VII. c. 32. *Edit.*) negat. Loco dentium est os continuum utrinque, magicis etiam maleficiis intame. In Africa (secundum Casir. Catal. Bibl. Escor. T. I. p. 320. — in Syria. *Edit.*) potissimum nascitur, venenorum ferociissima: et tamen ex ejus felle medicamenta conficiuntur. Fel illitum fronti lippitudini medetur oculorum: et caetera permulta, quae *Plinius* diligenter commemorat. Lib. XXVIII. cap. 8. — Animal hyanae saepissime cum illo commutatum est, quod dicitur *Schakal* (שועל — شغال) — vid. *Michael.* neue oriental. und exeget. Bibl. T. V. p. 10.

*Galenus ἐν ἁπλοις*] id est, in simplicibus. Nam conficiuntur aliquoties remedia e diversis. Et Lucianus in tragoedia podagra, stercus humanum recenset inter huius morbi remedia.

*Pellis colubri*] Nam huic animanti mos est, sub vernum tempus pellem abicere. Eo exuvio, Graeci ϑυφλα appellant, medici ad multa remedia utuntur.

oleo, mire dolorem aurium mitiget. Quid in inutile videtur nescentibus, ut cimices? Si sanguisuga faucibus haeserit fumo eius excepto statim evomitur: et difficultas urinae huius appositione laxatur. Porcorum autem et anserum et gallinarum phasianorumque adipes, quid commodi habeant, omnes medicorum declarant libri: quos si legeris, videbis tot curationes esse, in vulture, quod membra sunt. Pavi fimus podagrae fervorem mitigat. Gruis, ciconiae fel, aquilae sanguis, accipitris, struthio cameli, ranae, chamaeleontis, hirundinis stercus et carnes, quibus morbis aptae sint, dicerem, si mihi propositum esset de medela corporum disputare. Legat, qui vult, Aristotelem et Theophrastum prosa, Marcellum Sidetem, et nostrum Flavium hexametris ver-

Notae.

*cimices*] Cimex pediculi genus est molle, sed quod attactum, tetrum odorem edat. De huius animantis remediis meminit et Dioscorides L. II.

*sanguisuga*] Nulla vi potest avelli hirudo, etiam si corpus incidas: relinquit enim linguam bisulcam in corpore, non sine noxa.

*difficultas urinae*] quam Graeci δυσουριαν vocant. Huic malo medetur cimex immissus in mentum urinarium.

*in vulture*] cum tamen haec avis non sit esculenta!

*Pavi fimus*] ut scorpium dicimus et scorpionem, ita pavum et pavorem. Vid. Praef. in Ios. ubi *scorpius* legitur.

*Aristotelem et Theophrastum*] Quantum bonorum librorum periit, haud scio cuius culpa. Quid enim est omnino dignum cognitu, de quo non scripserit Aristoteles: id quod ex illius patet vita: quod si extarent, unde hausit *Hieron.* nihil esset negocii vel corrigere depravatum, vel exponere obscurum.

*Marcellum Sidetem*] Cognomen est a patria. Nam *Side* civitas est Pamphyliae: suum autem Flavianum appellat, opinor, ob patriam communem

verſibus differentes, Plinium quoque ſecundum, et Dioſcoridem, et caeteros tam phyſicos, quam medicos, qui nullam herbam, nullum lapidem, nullum animal, tam reptile, quam volatile et natatile, non ad ſuae artis utilitatem referunt.

## VI.

## DE VARIIS.

Opp. Hier. T. II. p. 55 a.

1.

Legimus quosdam morbo articulari et podagrae humoribus laborantes *), proſcriptione bonorum ad ſimplicem menſam et pauperes cibos redactos convaluiſſe. Carnerant enim ſollicitudine diſpenſandae domus, et epularum largitate, quae et corpus fraudant et animam. Irridet Horatius appetitum ciborum, qui conſumti relinquant poenitentiam:

Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.

2.

Chaeremon Stoicus, vir eloquentiſſimus, narrat de vita antiquorum Aegypti ſacerdotum, quod omnibus mundi negotiis curisque poſtpoſitis ſemper in templo fuerint, et rerum naturas, cauſasque ac rationes ſiderum contemplati ſint, nunquam mulie-

Notae.

*) *Pavi finus podagrae fervorem mitigat.* T. II. p. 92 b. L. ſecund. Adv. Iovian. *Stercus humanum.* ib. p. 67 b.

mulieribus se miscuerint, nunquam cognatos et propinquos, ne liberos quidem, viderint, ex eo tempore, quo coepissent divino cultui deservire, carnibus et vino se semper abstinuerint, propter tenuitatem sensus et vertiginem capitis, quam ex parvo cibo patiebantur, et maxime propter appetitus libidinis, qui ex his cibis et hac potione nascuntur. Pane raro vescebantur, ne onerarent stommachum. Etsi quando comedebant, tusum pariter hyssopum sumebant in cibo, ut escam graviorem illius calore decoquerent. Oleum tantum in holeribus noverant, verum et ipsum parum, propter nauseam et asperitatem gustus leniendam. Quid loquar? inquit, de volatilibus, cum ovum quoque pro carnibus vitaverint et lac? quorum alterum carnes liquidas, alterum sanguinem esse dicebant colore mutato. Cubile eis de foliis palmarum, quas baias vocant, contextum erat; scabellum acclive, et ex una parte obliquum, in terra pro pulvillo capiti supponebant, bidui triduique inediam sustinentes. Humores corporis, qui nascuntur ex otio et ex mansione unius loci, nimia victus castigatione siccabant. Iosephus in secunda Iudaicae captivitatis historia, et in octavodecimo antiquitatum libro, et contra Apionem duobus voluminibus tria describit dogmata Iudaeorum, Pharisaeos, Sadducaeos, Essenos. Quorum novissimos miris effert laudibus, quod et ab uxoribus et vino et carnibus semper abstinuerint, et quotidianum ieiunium verterint in naturam. Super quorum vita Philo vir doctissimus proprium volumen

lumen edidit. Evanthes Cyzicenus et Aſclepiades Cyprius, aetate qua Pygmaleon in oriente regnabat, ſcribunt eſum carnium non fuiſſe. Eubulus quoque, qui hiſtoriam Mithrae multis voluminibus explicuit, narrat, apud Perſas tria genera Magorum, quorum primos, qui ſunt doctiſſimi et eloquentiſſimi, excepta farina et holere, nihil amplius in cibo ſumere. Apud Eleuſinam etiam volucribus et piſcibus et quibusdam pomis abſtinere ſolemne eſt. Bardeſanes vir Babylonius in duo dogmata apud Indos gymnoſophiſtas dividit, quorum alterum appellat Brachmanas, alterum Samanaeos, qui tantae continentiae ſint, ut vel pomis arborum iuxta Gangem fluvium, vel publico orizae, vel farinae alantur cibo, et cum rex ad eos venerit, adorare illos ſolitus ſit, pacemque ſuae provinciae in illorum precibus arbitrari ſitam.

3.

Diogenes quodam tempore habeas ad potandum cavum ligneum vidit puerum manu concava bibere, et eiſiſſe illud fertur ad terram dicens: *meſciebam, quod natura haberet poculum.*

4.

Artemiſia uxor Mauſoli inſignis pudicitiae fuiſſe perhibetur. Quae quum eſſet regina Cariae et nobilium Poetarum atque hiſtoricorum laudibus praedicetur, in hoc vel maxime effertur, quod defunctum maritum ſic ſemper amavit, ut vivum

et

et mirae magnitudinis extruxit ſepulchrum inſtantum, ut usque hodie omnia ſepulchra precioſa ex nomine eius Mauſolea nuncupentur.

## Piracium

ex piris factitium vinum, *piracium* vocant, quod olim factitabat in his regionibus, in quibus vinum non provenerit.

Opp. Hier. T. II. L. II. adv. Iovin. p. 52 et 66.

---

## ERRATVM.

Pag. 151. Lin 5. v. u. lege: NATIONVM ſt. NOTIONVM.

---

Einige

## Einige Bücher in J. C. Hendels Verlag, zu Halle.

Aegyptus auctore Ibn al-Vardi. Ex Apographo Escorialensi, una cum lectionibus variis e Codice Dresdensi primus edidit, vertit, notulisque illustravit *Chr. Mart. Frœhn.* med. 8. 12 Gr.

Αισωπου μυθοι. Aesopi Fabeln, mit erklärenden Anmerkungen, und einem griechisch-deutschen Wortregister für Schulen; herausgegeben von J. D. Büchling. gr. 8. 2te Aufl. 14 Gr.

*Aristophanis* Nubes, iterum in usum lectionum e Brunckiana potissimum recensione edidit C. G. *Schütz*, med. 8. 6 Gr.

—— Acharnenses graece, edidit, varietate lectionis, animadversionibus VV. DD. suisque nec non indice vocabulorum instruxit I. G. C. Hoepfner. Pars I. med. 8. 10 Gr.

*Bachmann*, F. C. v. Entwurf zur Statistick der preussischen Staaten. Ein Lesebuch für jeden Unterthan. gr. 8. 16 Gr.

Bahrdt, D. C. F. Rhetorik für geistliche Redner. 2te Auflage mit einer Vorrede u. Zusätzen v. J. D. Büchling. 8. 20 Gr.

Büchling, J. D. kritische Uebersicht der Literatur der Schulwissenschaften des Jahres 1790; für Schulmänner, Erzieher und Schulfreunde. gr. 8. 1 Thlr.

—— Handbuch der vaterländischen deutschen Geschichte; zwey Theile. gr. 8. 1 Thlr. 16 Gr.

Cicero, tusculanische Untersuchungen; übersetzt und mit erklärenden Anmerk. begleitet v. J. D. Büchling. 8. 1 Thlr. 6 Gr.

Cicero, M. Tull. für den T. Annius Milo; übersetzt und erläutert von Motz. 8. 8 Gr.

—— Paradoxien; mit erläuternden Inhalts-Anzeigen und erklärenden Anmerk. von C. A. G. Schreiber. 8. 8 Gr.

—— Abhandlung über die Freundschaft, aus den Lat. übers. und mit Einl. u. erklär. Anmerk. von C. A. G. Schreiber. 8. 10 Gr.

—— Dialog über das Alter, aus den lat. übers. u. mit einer Einleit. u. den nöthigen Anmerk. von C. A. G. Schreiber. 8. 10 Gr.

Erasmi Desiderii Roterodami colloquia im Auszuge. Mit einem latein. deutschen Wortregister zum Gebrauch für Schulen v. D. I. C. F. Bährens. Neue Auflage. 1804. 8. 4 Gr.

*Fischer*, C. C. G. collectio proverbiorum et sententiarum notabilium; oder Sprichwörter und sittliche Denksprüche, zum Gebrauch der Schulen herausgegeben. gr. 8. 14 Gr.

Herzog.

Herzog, D. G. der Brief an die Römer, in einer Ueberſetzung mit erläuternden Anmerkungen. 8. 6 Gr.

Hölty, C. L. H. ſämmtlich hinterlaſſene Gedichte, nebſt einer Skitze ſeines Lebens. 2te verbeſſerte Auflage. mit 2 Kupfern. 8v. 1 Thlr. 4 Gr.

Hobbes, Thomas, Leviathan, oder der kirchliche und bürgerliche Staat. 2 Bände. gr. 8v. 1 Thlr. 12 Gr.

Iſocratis ad Nicoclem oratio graecae; denuo latine vertit, notis illuſtravit prolusionemque de vera ſcriptores Claſſicos interpretandi ratione praemiſit M. I. C. F. *Bæhrens*. 8 4 Gr.

Morgenbeim, D. A. kurzer Abriß einer Geſchichte des Königreichs Preuſſen, vom Jahr 1228, bis auf unſre Zeiten. Nebſt einer Charakteriſtik der Litthauer. Als Leitfaden beym erſten Unterricht der vaterländſchen Geſchichte zu gebrauchen. 8v. 4 Gr.

Meyer, J. G. neu entworfene Rechentafeln, nach einer zweckmäßigen Methode eingerichtet, 2te Lieferung. gr. 8v. 1 Thlr. 6 Gr.

Nitſche, K. G. kurzgefaßtes Lehrbuch einer hiſtoriſch-ſtatiſtiſchen Geographie von ganz Schleſien, zum Schulgebrauch. 8. 6 Gr.

Παλαιφατε περι των απιστων. Paläphatus von den unglaublichen Begebenheiten; mit einem griechiſch-deutſchen Wortregiſter vermehrt, von J. D. Büchling. gr. 8. 8 Gr.

Paläphatus, von unglaublichen Begebenheiten, aus dem Griechiſchen überſetzt, und mit mythologiſchen Anmerkungen begleitet, von Joh. Dav. Büchling. gr. 8. 6 Gr.

Perronii, Titi Arbitri, ſämmtliche Werke, metriſch und proſaiſch überſetzt, mit einem vollſtändigen Commentatore von D. J. G. C. Schlüter. 2 Bände. gr. 8. 20 Gr.

Phäders Aeſopiſche Fabeln, überſetzt und mit erklärenden Anmerkungen begleitet von J. D. Büchling. gr. 8. 12 Gr.

Πλατωνος Φαιδον, in uſum lectionum edidit *I. D. Büchling*. med. 8v. 8 Gr.

Πλατωνος Φαιδον, ἡ περι ψυχης, Plato's Phædon, oder von der Unſterblichkeit der Seele; mit den vorzüglichſten Erläuterungen der berühmteſten Ausleger, von *Ioh. David Büchling*. med. 8v. 18 Gr.

Plato, C. C. kleine Länderkunde des Herzogthums Magdeburg, mit einer Ueberſicht von Deutſchland und der geſammten Erdkunde. Für Volksſchulen. 8. 8 Gr.

Plinianiſche Anthologie, oder auserleſene Stellen aus der Natur- und Kunſtgeſchichte des ältern Plinius, mit erklärenden kurzen Anmerkungen von Gotfr. Groſſe. 8. 20 Gr.

Porte-

Portefeuille neuer etymologischer Sprach-Tabellen, für Reisende und Sprachfreunde der lateinischen, französischen, englischen und italienischen Sprachen. 1 Thlr. 4 Gr.

Saunderſons Algebra, aus dem Englischen übersetzt und mit vielen Zusätzen und Verbesserungen bereichert von J. D. Grüson. Erster Theil. 8. 1 Thlr. 4 Gr.

Schmieder, M. B. Fr. Anweisung zum vernünftigen und thätigen Christenthum für frühere Jugend. 8. 4 Gr.

Schröter, Fr. Aug. Versuch einer Anleit. zur praktischen Rechenkunst, als Handbuch brauchbar für alle Stände. Mit Kupf. und vielen logarithmischen Tabellen. 8. 1 Thlr.

Schwedler, J. Fr. Anfangsgründe einer Propädeutik zur schönen Kunst. Zum Schulgebrauch. 8. 4 Gr.

Spieker, C. W. Meine Reise von Halle nach dem Brocken, in dem Jahre 1802. 8. 18 Gr.

Tacitus, C. Corn. Germania: mit Stellen aus den alten Autoren belegt, erläutert, verglichen, auch hie und da ergänzt, und zum Gebrauch in Schulen herausgegeben von I. F. *Schwedler*. 2 Theile. 8. 14 Gr.

—— über Wohnungen und Lebensart Germanischer Völkerschaften, übersetzt von I. F. *Schwedler*. 8. 4 Gr.

Terenz, sämmtliche 6 Lustspiele, metrisch verdeutscht, und mit philologischen und moralischen Anmerkungen begleitet, von M. Benj. Friedr. Schmieder. gr. 8. 2 Thlr. 20 Gr.

Theophrasti moralische Charaktere griechisch, mit erklärenden Anmerkungen und einem griechisch-deutschen Wortregister; für Schulen, herausgegeben von J. D. Büchling. gr. 8. 16 Gr.

—— Characktere; deutsch übersetzt, und mit Anmerkungen von Joh. Dav. Büchling. gr. 8. 6 Gr.

Vegetius, Flav. Renatus, Anleitung zur Kriegswissenschaft an den Kayser Valentinian, in 5 Büchern, aus d. Lat. übers. und ausführlich erläutert von R. Meinicke. 8. 20 Gr.

Wald, S. G. Versuch einer Einleitung in die Geschichte der Kenntnisse, Wissenschaften u. schönen Künste. gr. 8v. 1 Thlr 6 Gr.

—— Zusätze und Verbesserungen zu dieser Einleitung. 8 Gr.

*Xenophon*, Auszüge aus dessen Schriften; mit Anmerkungen und einem griechisch-deutschen Wortregister zum Schulgebrauche herausgegeben von A. G. *Becker*. 8. 14 Gr.

—— Gastmal und Oeconomikus. Aus dem Griechischen übersetzt und mit erlaeuternden Anmerkungen begleitet von A. G. *Becker*. 8. 14 Gr.

3 2044 069 640 761